

ERASMI OS-VVALDI SCHRECK-enfuchsii Commentaria, in SPHAERAM IOANNIS DE SACROBVSTO, ACCVRATISSIMA,

QVIBVS NON SOLVM EA QVAE IN autoris contextu sunt, sed alia etiam ad Sphæricam doctrinam necessaria, explicantur: Tabularumq́ constructio, ex suis principijs per demonstrationum seriem claré dilucideq́ docetur.

HIS ADIECTI SVNT EIVSDEM AVTORIS CANONES, quibus usus Tabularum, quæ operi ex libro Directionum Ioannis Regiomontani, passim inseruntur, ad pulcherrimas inquisitiones Astronomicas, luculentissimè continetur.

Reliqua ad consummatam doctrinam hanc pertinentia, ex illius PRIMO MOBILI, eadem forma edito, petes.





Cum Gratia & priuilegio Cæs. Maiest.

BASILEAE.

IN D. OSVVALDI SCHRECKENFVCHSII DOCTISSIMA SCHOLIA IN SPHAERAS.

Πολλὰ μὲν ὡς τὸ χερὶν πρόσθεν σφαιροφόρχοιο ἀνὴρ
ἀστρῶν ἐλλόγιμος τεύξατο γ' οὐρανίων·
ἀλλὰ δὲ καὶ ταύτης διδαχῆς εἰς ἄκρον ἐλάσας
ἑβραίων τε καλῶς ἀμφοτέρων διδαχῆς.
ἠσαφέρων αὐτὸς σύγγραμμα τόδ' ἐξεπόνησε
ἀστρονόμοισι, πάρος γ' ἐκδοθὲν οὐδέ ποτε.
σφαιρικὰ γὰρ ὅστις μετίωξε τε κύκλα νοῆσαι
ἴστω, ἐνδελεχῶς τεύχεα τῶδε χέρι.

Ioannes Hartungus.

IN ERASMI OSVVALDI SCHRECKENFVCHSII, apud Friburgum Brisgoiæ Mathematicos Professoris, commentaria quæ in Sphæram materialem scripsit, carmen ἄδηλον.

Ergo abi ò terrestris homo terrestria linque,
Nil iuuat in putida repere semper humo,
Tolle piam mentem radiantis organa cœli,
Astrorum pigeat nec didicisse uias.
Cui lustrare datum uaga sidera, sidera lustra,
Quiq; polos potis es noscere, nosce polos.
Disce tuam patriam, patria est non terra, sed astra,
Disce uices Lunæ, disceq; solis iter.
Vnde tibi nomen crescet, tibi gloria surget,
Gloria funereis non peritura rogis.
Forsitan at dicis, sed res est plena laboris,
Suntq; tenebroso singula scripta stylo:
En igitur tandem tibi commentario docti
Nunc Schreckenfuchsij, nobile prodit opus.
Quod tibi pandit iter, facili quod & ordine monstrat
Quicquid habent rutili sidera celsa poli.
Hæc igitur seu luna micet, seu Phœbus oberret
Turpe puta manibus non tenuisse tuis.

M. IOANNES STADLERVS AVGVSTANVS.

Quem pia Syderei tangit reuerentia regis,
Illius huic libro cura laborq; uacet.
Hunc etenim qui nosse cupit, speculum per apertum,
Is uelut aspectu syderis, inspiciet.
Atq; adeò, ut uerum rerumq;, hominumq; parentem,
Dicat, cum uideat facta stupenda poli.
Et sic diuino perculsum pectus amore,
Diuinis iugiter laudibus indulget.
Quare legas memori nitidißima dogmata mente,
Quasq; habet arripias iste libellus opes.
Sic fiet, uiuus quæ tu obseruaueris astra,
Astra colas moriens aurea perpetuò.

HVMANISS. AT-que pientiſsimo uiro, D. Iacobo Curtiö,

VTRIVSQVE IVRIS DOCTORI EMINENTISS. ECCLESIAE CATHEDRA-lis Conſtantiæ, Canonico, uitæ ſanctimonia celeberrimo, Eraſ. Oſualdus Schreckenfuchſius Auſtrius S. D.



Auid Propheta diuinus, D. Doctor Iacobe humaniſs. motus diuino ſpiritu, (hominē pulcherrimè ad aſtrorum ſciētiam, & corporū ſuperiorum admirationem hortatur) feruore magno in hæc exclamat uerba: Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Dies diei eructat uerbum, & nox nocti indicat ſcientiā. Ex his profectò uerbis luculenter indicat, aſtrorum eſſe ſcientiam, & quod orbes cœli mirabiles, & planetarum corpora in eis, & ſimiliter corpora firmamenti, quæ dicuntur fixa, magnitudinem diuinæ potentiæ, & ordinem ſapientiæ illius oſtendant, ac admoneant hominem, meliori ſinceriorīq; animo præditum, ueræ patriæ, qua nihil gratius homini migranti ex fragili uita, contingere poteſt. Ad hoc etiā diuinus Plato reſpexit, quod uel inde manifeſtum eſt, quod prudenter, ut alia omnia dixit: Vnum uinculum eſt naturę, doctrina numerorum, figurarum, motuum cœleſtium, ac ſi quis aliam uiam ad diſcendū quæret, fortunam inuocet, ut dici ſolet. Nā ſine his nemo in ciuitatibus unquam beatus exiſtet: hic modus eſt, hæc educatio, hæc diſciplina, per hāc ire neceſſe eſt, nec fas eſt negligere Deum, qui gratam de ſe famam in his artibus humano generi tribuit. Hęc ſunt Platonis uerba, qui hoc maximè urget, ſcilicet, gratam Dei famam in his artibus, putà, numerorum ordine, & cognitione cœleſtium orbium eorumq; corporum, exiſtere. Huc etiam alludit Naſo, quando dicit:

Pronaq; cum ſpectent animalia cetera terram,
Os homini ſublime dedit, cœlumq; uidere
Iuſſit, & erectos ad ſydera tollere uultus:

Hæc, qui rectè ſecum perpendit, non ibit inficias Platonem non malè

 dixiſſe,

dixisse, quãdo dixit, homini oculos propter Astronomiam esse datos. Quid multis? quicunq; hæc sincero animo secum perpẽderit, fieri non potest, quin indubitatè secum statuat, mundum non casu, sicuti opinãtur athei, imò diuina, ac æthernamente creatum esse, & regi. Quis obsecrò? non mirabitur uehementer, & rapietur prorsus extra se? quando oculos erexerit ad pulcherrimum cœlestium corporum spectaculum, eorumq; motus altiùs secum perpenderit, motuumq; uicissitudines, periodos, & leges certas? sanè non mirum foret, si contingeret ei, quod Socrati, qui olim astrorum consideratione eò raptus est, quod non semel atq; iterum, imò sæpissimè stans super uno pede uiginti quatuor horas, immotus quasi, intuebatur cœlum. Ob quam rem? non aliam equidem, quàm quod obseruauerit unà cum Dauide, quàm mirabiliter cœli enarrẽt gloriam Dei, & dies diei eructet uerbum, & nox nocti indicet scientiam, nempè uariationem dierum secundum longitudinem, & breuitatem, caliditatem, ac frigiditatem: item quàm sapienter diuina sapientia per motum solis distinxerit annum in quatuor partes, & similiter ordinauerit & positus stellarũ errãtium & fixarum, pro generationibus & corruptionibus, & alias mirandas uariationes, quæ per motum cœlestium corporum causantur, quę (teste Moyse) in signa & tempora sunt creata. Proh Deum, quàm mirabiliter motus suos & periodos suas perficiunt, nunc in ortũ, nunc in occasum, nunc in septentrionem, nunc rursus in meridiem: quę modò progrediuntur, modò regrediuntur, idq; certis legibus ab origine mundi, ad hæc usque tempora. Sunt porrò quę cum sole coniunguntur, & ei opponuntur, alia autem coniunguntur & nunquam ei opponuntur: sunt quæ in breui tempore periodum suam perficiunt, alia uerò requirũt pro unius periodi perfectione multa millia annorum. Hinc dubio procul eueniunt tam uariæ in istis inferioribus mutationes, scilicet generationes & corruptiones. Hęc profectò Dauid diuinus Propheta adeò admiratus est, quod spiritu exultante exclamauerit, dies diei eructat uerbum, & nox nocti indicat scientiam. Hoc testatur quoq; sapiens, loquens de sole: de reliquis idem est iudicium, scilicet generatio præterit, & generatio aduenit, oritur Sol & occidit, & ad ortum suum reuertitur ibiq; renascens, gyrat ad meridiem, & flectitur ad aquilonem, lustratus uniuersa, in circuitu pergit spiritus, (per spiritum intelligitur Sol) & in circulos suos reuertitur. Ex his profectò uerbis manifestum est, Salomonem (quemadmodum pater illius erat) magnam astrorum cursus habuisse scientiam. Quandocunq; igitur homo intuebitur cœlum, patriam piorum iucundissimam, & nunquam desituram, tunc cogitet hunc mirandum ordinem cursus astrorum, qui Astronomiæ subiacet, à Deo non frustra esse

stra esse creatum. Qui autem cogitat, uti cogitant multi, hæc pulcherrima, & splendidissima corpora nihil agere in his inferioribus; eaq; certa carere scientia, quam Astronomiam appellamus, an quidq; differat à Cyclopibus iacentibus in antro, & adclamantibus inuicem, ô amici, ô socij nescimus ubi Sol oriatur, & occidat, nescio. Atqui, cùm in omnibus artibus, & maximè in his, quæ latissimè patent, non parum prosit elementa quædam breuia, seu regulas succinctas discentibus initiò præscribere, quo faciliùs ad interiorem eius artis doctrinam & præparentur, & introducantur, quæ tamen ita debent esse, ut totius artis initia paucis perstringãt. Hoc (ita me Deus amet) Ioãnes de Sacrobusto, natione Anglus, egregiè & acutè, iudicio doctorum uirorum, factitauit, qui in nobilissimam astrorum scientiam elemẽta cùm in primum mobile, tum in secunda mobilia ingeniosè & apositè scripta, nobis reliquit, ita quod nihil ad artis initia desiderari potest. Hoc compẽdium eò plus ponderis habet, quòd ultra trecentos annos in Academijs totius Europæ, magna cum approbatione doctissimorum uirorum studiosis harum artium sit prælectum, & adhuc prælegatur publicè. Cæterum, cùm in hoc compendio doctè concinnato, tota doctrina primi mobilis latitet, & ego illud publicè in celeberrimo Archigymnasio Friburgiorum ultra octodecim annos, ordine postulante, discentibus prælegerim, uisum fuit, me operæprecium facturum, si interiorem Astronomicorum elementorum, meis commentariolis, illustriorem redderẽ. Credo certè me non omnino in aqua scripsisse, sed iudicium relinquo prudentioribus. Non est, uir tum doctissime, tum uitæ sanctimonia ornatissime ut tua amplitudo miretur, quid me, hominẽ pertenuis in Astronomia eruditionis mouerit, aut qua audacia fretus sim, hæc mea commentariola in sphæram materialem Ioannis de Sacrobusto, tibi, uiro magna doctrina, magna autoritate, multiuariaq; linguarum cognitione prædito, dedicare, hoc nõ sine causa factum est. Quoniam palàm est, amplitudinem tuam summam esse bonarum literarum fautricem, & nihil æquè habere in uotis quã ut pia, & recta studia per Germaniam floreant maximè. Nemo sanè inficias iturus est quin res, ut dixi, sic se habeat, si nouerit quàm ampla, & quàm honorifica stipẽdia ad incrementum & honorem celeberrimi Archigymnasij Friburgiorum; fundaueris, in quo amplitudo tua in ætate iuuenili fœliciter bonorum studiorum iecit fundamenta. Profectò, in hoc exulcerato, ac atiaro sæculo, fundare stipendia, & promouere studia, ut tenera ætas rectè, & piè instituatur, non est, meo agresti iudicio, nisi summorum uirorum, qui misereantur status huius mũdi turbulentissimi, & qui die noctuq; sano iudicio secum seriò perpendunt, quàm miserrimus status reipublicæ

cæ foret futurus, ſi recta, piaq́ ſtudia ceſſarent, quod Deus Opt. Max. prohibeat. Qualis autem fructus ex pia, ſanctaq́ fundatione ſtipendiorum amplitudinis tuæ, urbi Than, patriæ tuæ dulciſsimæ, & alijs quam plurimis ſit futurus facilè aliquis augurari poteſt, ſi reſpexerit quid fructus, & quid incrementi reipublicæ Chriſtianæ ex honeſtiſsimis ædibus, uti uocant, Sapientiæ, prouenerit hactenus. Hoc certè maturo, & bene penſitato conſilio factum eſt, quod talentum humanitati tuæ à Dn̄o concreditū, nolueris in terram fodere, ut eſſet perpetuò otioſum aut illud diſsipare in ſtructuram inanem magnificorum ædificiorum, quæ ſucceſſu temporis pereunt, corruunt, atq́ iacent deſerta, in quibus tandem requieſcent beſtiæ, & replebuntur draconibus, & habitant ibi erinacij cum noctuis, & bubonibus: aut in mare illius Philoſophi more, proijcere (ſi meret modò nominari Philoſophus) imò Deum Opt. Max. ex tua ſubſtantia & non aliena, uti multi ſolent, honorare, quam multis uigilijs, multis laboribus, & ſudoribus multis, Dolæ (quando comites à Lupſen generoſiſsimi, erant tuæ diſciplinæ commiſsi) ubi tum regendo in ſummo officio Academiæ celeberrimæ, tum docendo, idq́ magna utilitate, & auditorum tuorum admiratione, acquiſiuiſti, & alibi, ſed nunquam otiando. Huc quoque dubio procul D. Theobaldus Paſt, gentilis amplitudinis tuæ, uix equidem magnæ doctrinæ, prudentiæ, autoritatis, & pietatis reſpexit. Qui, qua autoritate, qua diligentia, & quanta utilitate, hoc celeberrimum Archigymnaſium regendo, docendoq́ unà cum alijs proceribus, uiris clariſsimis ultra quadraginta continuos annos, ornauerit, non paucis dici poteſt. Tādem in extrema ætate, ille uir optimus, quidquid grauiſsimis laboribus ſuis, honeſtè, & frugaliter uiuendo, comportauit, eius magnam partem uertit in pium uſum, nempe in fundationem ſex ſtipendiorum, quibus dotauit hanc Academiam ut inde alātur iuuenes optimæ ſpei, hunc amplitudo tua pari paſſu imitata eſt. Te Conradum Praun Groningenſem non poſſum præterire, qui mirum in modum amore affectus in celeberrimum Friburgiorū Archigymnaſium, adeò quod nolueris illud relinquere indotatum, imò, ut recta ſtudia melius ibi florerent, uertiſti paternè partem non pœnitendam ſubſtantiæ tuæ, quam non hæreditario iure ſolum adeptus es, ſed grauibus laboribus atque uigilijs, in fundationem ſtipendiorum non exiguorum. Quid dicam de te Ioannes Kerer ex Vuerthaim, qui fuiſti Epiſcopus Admittanus, & ſuffraganeus Auguſtanus ac honeſtiſsimarum ædium ſapientiæ fundator, memor uidelicet, quando ueniſti ad magnos honores, quam ſit difficile inopes adoleſcentes, qui aliàs bonis ingenijs ſunt præditi, & à natura rapiuntur ad amorem bonorum ſtudiorum, emergere, in quo

in quo luto tu quoque in tenera ætate hæsisti,ut huic rei ex parte aliqua succurretur,non aliò bona tua deriuasti,nisi in fundationem dictarum ædium,ex quibus complures magni uiri nati sunt, & nascuntur adhuc quotidie.De alijs autem optimis,& pijssimis uiris, quorum numerus est satis magnus, qui hoc Archigymnasium & ornarunt, & iuuerunt pijs fundationibus,ad alendos bonæ spei pauperes adolescentes perlongum foret dicere, ex his omnibus, uir doctiss. & ampliss.te solum adhuc, proh dolor, habemus superstitem,fautorem bonarum literarum plurimum uenerandum.Deus Opt.Max.cõseruet te incolumem, in Nestorios usq; annos.Hęc,Deus nouit,non commemoro adulandi gratia,sed ut sit perpetua memoria optimorum uirorum, qui suis bonis studia bonarum literarum promouent,sine quibus nulla respublica,nullum imperium,& nullus status humanæ uitæ,rectè administrari potest.Si uetustas,memor acceptorum beneficiorum,illis diuinos decreuit honores, à quibus inuentæ sunt fruges ad sustentanda corpora humana meliori uictu, quanto magis illis diuini decernendi sunt honores, qui homines uiuant ea in parte, ut non solùm corpora nitidè, & quietè uiuant, sed multò magis ipsa anima, quæ longè post se, sua præstantio, relinquit corpora. Nihil dubito equidem quin exemplum amplitudinis tuæ, & aliorum pijssimorum uirorum, quorum facta est aliqualis mentia, alijs quoque bonis uiris magnam occasionem sit daturum idem factitandum, id' que propter hæc periculosa, & turbulenta tempora, quibus, uti tua amplitudo probè nouit,succurri non potest alia uio, quàm, ut tenera iuuentus sincerè, piè, rectè,& maturè in bonis artibus, ac uirtutibus, & timore Dei, educetur.His pauculis humaniss.& clariss.uir, tua dignitas habet animi mei sententiam declaratam: quare te potius quàm alium elegerim patronum meis commentariolis,quæ,uti spero hilari & blanda fronte es accepturus.Vale,Deus Opt.Max.concedat tibi,& omnibus bonarum literarum fautoribus,uitam longissimam,Friburgi Brisgoæ. Anno M. D. LXIX, XIX. Kalend. Septembris.

V. Obseruantiss.

Eras. Osuualdus Schreckenfuchsius Austrius.

COMMENTARIA ERASMI OSVALDI SCHRECKENFVCHSII IN SPHAERAM IOANNIS de Sacro Busto.

QVOD ASTRORVM SCIENTIA *sit reliquis scientijs nobilior.*



SCIENTIAE omnes, nisi uelimus aliquid ueritati contrarium asserere, secundum subiecti nobilitatem iudicantur, ac æstimantur. Quo enim subiectũ nobilius atq; præstantius est, eò scientia illa reliquas sua nobilitate antecedit. Deinde cùm certa incertis semper apud homines mẽtis sanioris, præponenda esse iudicentur, meritò scientiæ ex nobilitate, & certitudine demonstrationis, magni sunt faciendæ. Quare cùm res ita se habet, non absentaneum erit, si dixerimus astrorum scientiam esse reliquis nobiliorem, & hoc duabus de causis: altera est, quod habeat subiectum nobilissimum, altera uerò, quod uia in ea procedendi constet certis, ac firmis rationibus demonstrationibusq;. Huius, inquam, subiectum est cœlum ipsum, quod omni corruptione caret, nec intensione crescit, nec retractatione minuitur, nec uariatione mutatur, imò semper subnixũ subsidijs naturæ suæ, custodit seipsum propria ui. Hoc ob suam excellentiam, locum omnium quę sunt in rerum natura nobiliorẽ, & primo principio propinquiorem, adeptum est, quod propter ingenerabilitatem, & incorruptibilitatem omnium generabilium, ac corruptibilium causa est. Circa hoc tam nobile subiectum, tota Astrorum scientia uersatur, quæ propter eiusmodi subiecti excellentiam, & nobilitatem, non immeritò illustrior, iuxtà ac nobilior est reliquis scientijs, quæ omnes circa humiliora suam exercent operationem, in quibus siquid nobilitatis est, huic ministrare ordinatum est.

Ad hæc, possumus non inconuenienter asserere, hanc scientiam nobilissimã, atq; excellentissimam esse, propter firmitatem, & certitudinem demonstrandi, uti suprà propositum est, quę, inquam, certissimis firmissimisq; rationibus Mathematicis, sua corroborat, atq; demonstrat, quemadmodum in progressu operis luculenter apparebit atq; manifestabitur, Deo aspirante nostris conatibus. Quæ igitur sit huius scientiæ nobilitas ac dignitas, præmissis duobus argumentis, satis superq; in medium adductũ arbitramur, quæ si quis lenocinijs uerborum expolire, atq; copiosiùs ornare uellet: non dubito, quin illi pateret campus latissimus: sed quum non sit nostri instituti, his supersedebimus.

VNDE ASTRONOMICAE DI*sciplinæ principia petenda sint.*

MVlta extant compendia, ab eruditis, in hac scientia uiris, diligenter collecta: sed nullum, meo iudicio, diligentius ingoniosiusq; conscriptum extare

tare

tare arbitror, quā hoc unicum compendium Iohannis de Sacro busto, quod miro quodam artificio atque diligentia, non sine magno consilio in hac disciplina concinnauit. Quod autem principe loco, inter omnia compendia hactenus à uiris in hac professione peritissimis conscripta, sit habendum, argumento est, quòd in omnibus Academijs publicè iam permultos annos, etiam à doctissimis Astronomis, iuuentuti sit prælectum. Non est profectò cuiusuis labor, artes amplissimè patentes, sicuti hæc, in compendium contrahere, & hoc eo artificio, ut sub summa breuitate tota ipsa ars comprehendatur, quàm à multis hoc factū sit, nūc nō est locus iudicādi. Et ex quo iste libellus de Sphęra (ut uocāt) materiali, tam solerter & acute sit concinnatus, dignus est ut iuuenibus aspirantibus ad Astronomiæ solidam cognitionem, prę alijs proponatur discendus. Siquidem in eo radices, principia, ac fundamenta, ad cognitionem primi mobilis, breuiter, succinctè & ordinatè traduntur, quę partim ex Ptolemęo partim ex Alphragano desumpta sunt.

ASTRORVM SCIENTIAM
in duas diuidi partes.

Descriptio libri. HAec scientia despescitur in Astronomiam & Astrologiam. Astronomia est doctrina, quæ mediantibus Geometria, & Arithmetica, inquirit, ac demonstrat motus uarios, magnitudines, & distantias corporum cœlestium, ut paucis multa dicam, ipsa omnes diuersitates, & mutationes apparentiarum, tam in planetis, quàm in reliquis stellis, saluat. Astrologia autem est doctrina, quæ ex stellarum motu ac uirtute, naturæ atque situ, diuersos qualitatum & quantitatum motus in corporibus, prædicit. De Astrologia in hoc libello nihil agitur, cum requirat propriam, & specialem tractationem, quæ intricatior est, atque latius patet, quàm ut breuibus enarrari possit.

Titulus libri est de Sphæra, propterea quod continet tractationē de Sphæra, hoc est, de corpore globoso seu rotundo, quod constat ex diuersis circulis, qui ex materiali sphæra, per imaginationē ad cœlestem sphæram, à discente transferri debent. Quod sit subiectū huius libri, ex prædictis satis superque constat, nempe non aliud quâm primum mobile.

QVIS PRIMVS SPHAERAE MATERIAlis extiterit inuentor, & an apud homines prisci saeculi haec professio in precio sit habita.

Astronomiæ inuentores qui. DE inuentione Sphæræ, probatissimi etiam autores ualde uariè senserunt. Cicero libro Tusculanarū quæst. primo attribuit sphæræ inuentionem, Archimedi Syracusano. Diogenes autem asserit, Musæum eius extitisse inuentorem. Sed Plinius autor grauissimus, ab his duobus prorsus dissentit, qui libro secundo naturalis hystoriæ, cap. LVI. ubi disserit, quid quisque inuenerit, inter alia dicit, Milesium Anaximādrum sphęram inuenisse. Cęterum, saluo huius iudicio, ego potius unà cum posterioribus & Cicerone, inuentionem sphęrę attribuerim Archimedi Syracusano, qui etiam multarum rerum aliarum uel subtilissimarum, incomparabilis inuentor fuit. Quod etiam argumento est, quòd tum temporis uixit, quandò Astronomia (quam Plinius, & multi alij, esse Astrologiam appellant) longe excultior fuit, quàm temporibus aut Musęi, aut Anaximandri. Hactenus de Sphærę inuentione.

Et priusquam transeam ad alia quę dicenda sunt, paucula addam de Astronomię seu Astrologię repertoribus, & quemadmodū de alijs rebus, quę antiquissimę sunt,

mæ sunt, diuersæ hominum eruditorum quoad inuentionem fuerunt sententię: ita quoque de Astronomia. Alij uolunt, ut præcipuas recenseam opiniones, quod Aegyptij eam primùm inuenerint, alij Chaldęos, seu Assirios faciũt repertores: sunt qui eius inuentionem Mercurio, aut Actiuo Solis filio, adscribant. Alij opinati sunt Atlantem Lybiæ filium, eam primùm ad homines detulisse. Hinc poetæ celebriores, ut Virgilius & alij, fabulãdi occasionem accepere, nempe quòd Atlas cœlum humeris suis sustineat: scilicet.

Vbi cœlifer Atlas, &c. Axem humero torquet stellis, ardentibus aptum.

Plinius adscribit hoc nobile inuentum Ioui Belo, inquiens: Durat adhuc ibi Iouis Beli templum, inuentor fuit hic syderalis scientiæ. Atqui cùm omnium aliarum artium principales inuentiones, fluxerint ab Hebręorum gente, ueritati maximè consonum est, etiam hanc nobilissimam artem, à iam dicta gente fluxisse. Hoc attestatur, etiam Iosephus, autor, grauitate excellens, in primo Antiquitatum libro, nempe quòd filij Adam primi hominis, disciplinã rerum cœlestium, primùm inuenerint, qui (ut ne dilaberentur quæ reperissent, & ne antequã uenirent ad cognitionem, deperirent) cùm prædixisset Adam omnium rerum interitum, duas columnas fecerunt: his, inquam, asserit, ea quæ ad obseruationem syderum pertinerent, inscripserunt. Hinc non dissonum est credere, ab Hebręis ad Aegyptios, & Chaldæos, & deinde ad reliquos populos manasse Astronomiæ cognitionem.

Astrorũ sciẽtiã olim prẽtiosam fuisse.

Huius disciplinæ professió, retroactis ſeculis, in tántó pretio fuit, quod etiã maximos heroes non puduit, eam & scire, & excolere. Quid, obsecro, figmentũ poeticum, quod scilicet Hercules pro Atlante cœlum sustinuerit humeris, aliud uult, quã quod Hercules ab Atlante didicerit Astronomiam? Hanc disciplinam Iulius Cæsar Romanę Reipublicæ instaurator maximus, Adrianus, non minor, neque inutilior Imperator quã Augustus, Marcus Antonius Philosophus eminentissimus, & multi alij posterioris ætatis, & uenerati sunt, & in maximo pretio habuerunt. Quid multis? Berosus ob exactam huius disciplinę cognitionẽ, in tanto pretio, tantaque æstimatione fuit apud Athenienses, quod ei (autore Plinio) publicè in Gymnasio statuam inauratæ linguæ statuêre.

A Hebręorũ gẽte ad alias nationes Astronomiã ẽmanasse

Hoc etiam non censeo prætereundum, quod superius dici debebat, nempe quod, nihil aut parum scrupuli habeat illa diuersitas repertorium astrorum scientiæ. Nam ut mea fert sententia, illi qui hanc scientiam ab Aegyptijs, qui eam à duodecim Patriarchis didicerunt, postquam in Aegyptum sese contulerant, ad alios quoque transtulerunt, ut Assyrios, Chaldęos, Persas, Gręcos, atque Latinos non inconuenienter eius repertores dici possunt, siquidem illos docuerunt id, quod antea ignotum erat. Hactenus de Sphæræ repertoribus, & in quanto honore fuerit apud prisci sæculi homines, atque alijs, quæ in primo limine exordij commentationis Sphęrę pręmittenda breuiter uisum est. Nunc porrò dicendũ foret quibus hominibus Astrorum scientia, aliquid emolumẽti, atque utilitatis allatura sit, quod, certis ex causis moti, in præfatione generali faciemus. Hoc postremò addere placuit, nempe quem ordinem seruaturi simus, in commentãdo Sphærę materialis librum.

DE ORDINE TRADITIONIS.

QVamuis (ut dictum est) in hoc libello principia artis & clarè, & luculenter tradantur, tamen nihilominus sępe necessitas expostulabit, cùm plures in primo mobili, circuli ueniant imaginandi, quã ille autor posuit, ut pro clariori intellectu adijciantur etiam aliorum circulorum descriptiones, atque eorum usus, ne quid posthac, quantum ad circulorum imaginationem in primo mobili pertinet,

pertinet, desyderetur. Cæterū ut discentes faciliùs perspiciant, quare hic liber discendus sit, & quē ac quā amplum habeat usum, ubiq; post speculatiuam enarrationem, quæ, si quis recto ordine procedere uoluerit, præcedat, rem exemplis sufficientibus, & numeris illustrabimus, & ostendemus copiosè omnium tabularum primi mobilis cōpositionem: & hoc ea facilitate, ac claritate, quod posthac nihil aut parum à discentibus desyderandum ueniet, in doctrina primi mobilis. Ad hæc ubiq; figuræ accedent, ea diligentia descriptæ ac delineatæ, quòd omnes arcus, qui inuestigandi proponentur, pulchrè oculis sese insinuabunt. Et cū uentum fuerit ad climatū diuisionem, multa adijcientur iucunda scitu in Cosmographia. Hactenus hæc de te, nunc ad alia.

PROOEMIVM AVTORIS.

TRACTATVM de Sphæra quatuor Capitulis distinguimus. Dicturi primo compositionem Sphæræ, quid sit Sphæra, quid sit eius centrum, quid axis Sphæræ, quid sit polus mundi quot sint Sphęrę, & quę sit forma mundi. In secundo de circulis, ex quibus Sphæra materialis cōponitur, & illa super cœlestis (quæ per istā imaginatī) cōponi ut intelligitur. In tertio de ortu, & occasu signorum, & de diuersitate dierū & noctiū, & de diuisione climatū. In quarto de circulis & motibus Planetarum, & de causis eclypsium.

CAPITVLVM PRIMVM.

IN hoc capite primò, ut decet in omni doctrina, quæ cum utilitate & recto ordine discentibus proponitur, tractat de definitionibus Sphæræ, axis, centri, poli, deq; numero Sphęrarum, & Sphærę diuisione, atq; mundi forma, & eius motibus. Hæc primum, inquam, proponuntur ab autore, quæ sunt scientiæ principalia fundamenta, quibus innititur.

DEFINITIO SPHAERAE.

SPhęra igitur ab Euclide sic describitur: Sphęra est trāsitus circūferentię dimidij circuli, quæ (fixa diametro) eousq; circumducitur, quousq; ad locum suum redeat, id est, Sphæra est tale rotundum & solidum, quod describitur ab arcu semicirculi circumducto.

Non temere factum est ab autore, quod, definiturus quid sit Sphæra, geminā eius adiecerit definitionem, in quo, ut omnia quæ requiruntur ad sufficientem principiorum huius scientiæ traditionem, statim in initio lectorem admonendum duxit, Sphæram nimirum aliter considerari quando iam facta est, & aliter quando artificialiter à quodam fieri debet, & cum res ita sese habeat: prior definitio, quam ex undecimo Euclidis desumpsit, est materialis seu realis, in qua facilè innuit, quo modo Sphæra materialis, seu globus adhuc rudis, & impolitus, coæquari debeat. Cùm itaq; placuerit tibi globum, seu Sphæram adhuc rudem

dem ad iustam redire rotunditatem, tunc in leui calybe, aut ferro, aut ligno sum- *Globus exactissimè rotundus quomodo fabricari debeat, ex sententia Euclidis.* pto circino, supra lineā ductam semicirculus educatur, qui deinde acuto instrumento calybeo diligentissimè excauetur, à circumferentia eius usq; ad diametrum. Hoc autē ad amussim fiat, nam si quid negligentiæ in hac operatione perpetrabitur, nulli circuli siue ueniant describendi; ex polis mundi, siue polis zodiaci, rectè inscribi poterint. Sed hoc in excauando non negligendum est, nempe ut circumferentia ea excauetur solertia, ut sit semicirculus aptus, ad abscindendum superflua in Sphæra seu globo. Quo facto, fiant duo foramina in circumferentia, ubi extremitates diametri eam tangunt, iustæ magnitudinis, per quæ exigente necessitate, axis ferreus transmittetur. Hoc facto, habebis instrumentum pro globis tam tornandis, quā ad iam tornatos æquandis, longè aptissimū. Cùm itaq; uolueris globum æquare tali instrumento perforato, globo de polo ad polum transmittas per foramen globi, & instrumenti axem ferreum, prius illito globo materia cretacea mixta limo, ut decet, cōnectis q; instrumentum globo, & priusquā fundamentum ex creta, & limo factum, ut pictores uocant, globi conuexitati illitum, duritiē à sole, aut ab igne induit, opus tuū uoluēdo globo perficias.



Et ut melius res intelligatur, addenda est figura, una aut altera. Sit igitur, m y z n planū ferreum aut ligneum, m n diameter, o centrum eius. Semicirculus ex dicto centro descriptus, sit m p y n, qui excauatus est usq; ad diametrū suū, m o n, in circumferentia sua solerter acutus factus, ad auferendum, & abscindendum superflua, & irregulariter prominentia in Sphæra. Foramina, de quibus suprà facta est mentio, sint in punctis m & n facta, per quæ (sicut in altera figura apparet) trajciatur axis, e r q d, circa quem globus, seu Sphæra r s q t, quando æquari debet, paulatim, ut extuberantia adimantur, circumagetur in semicirculo c a b d contingenter. Hic planè uides, quid uelit sibi definitio quando dicit, scilicet.



Sphæra est transitus circumferentiæ dimidij circuli, etc.

Quanquam hæc definitio, utiusq; est, magnam utilitatē nobis adferat, ad conficiendū Sphæras seu globos tam terrestres quā stelliferos: tamē hōc magna admiratione dignum

est, quod ueteres Philosophi, tam miro ingenio sua secreta occultauerint à desidiosis, quæ ingenijs excultioribus, & solertib. facilia atq; adeò peruia sunt. Quid obsecro laudis arbitrabimur meruisse Euclidẽ, qui sub tanta breuitate tam amplum nobis instrumentorum Astronomicorum structuram præbuit? Certè si Perdix, ob inuentionẽ circini, perennẽ meruit apud posteritatem laudem: quanto magis Euclides, inuentor multarũ rerũ nobilissimarũ, quæ sua præstantia excedunt omnem æstimationẽ, Hæc dicere uisum est, inquam, de prima definitione, quã paulò antè realem esse, dictum est. Nunc porrò ad alterius definitionis explicationem accedere libet.

Sphæra etiam à Theodosio sic describitur. Sphęra est solidũ quoddam una superficie contentum, in cuius medio punctum est, à quo omnes lineæ ductę ad circumferentiam sunt ęquales.

Definitio Sphere ex Theodosio Geometra.

Hæc definitio, à Theodosio in libro de Sphęris, unde ab autore desumpta est adeò clarè atq; perspicuè tradita est, quod non uerbosa quadã cõmentatione opus habere uideatur, in qua quid proprietatis seu officij ipsa Sphęra habeat, paucis describit: particula, scilicet, —*Vna superficie contenta, &c.* Pulchrè exprimit, superficiem hanc non aliam esse quã conuexam, quæ circumdantium ultima est. & ne quis dicat, hanc superficiẽ de alio quodã, quã simpliciter sphęrico corpore intelligi, addit in definitione. —*A quo, scilicet, puncto omnes lineæ, &c.* Quibus uerbis secludit cuncta reliqua solida, quorum nulli, cuiuscunq; generis solidorũ sit, cõpetit, ut omnes lineę ex centro eius ductæ, inuicem sibi æquales sint, ut paucis dicatur, quod in planis figuris est circulus, id in solidis est Sphęra: & sicut circumferentia circuli undequaq; æquè distat à centro eius, sic in Sphęra solida, superficies à centro suo, in omnes partes ęqualiter remota est. Et cùm, ut dictum est, hęc definitio per adeò clara & manifesta sit, ut non pluribus uerbis egeat: superuacaneum esse uidetur, addere aliquam figuram. Nam qui ignorat quid sit, circulus, circuliq; circumferentia: ille frustrà laborabit intelligere hanc definitionem, etiãsi multis illustrabitur figuris. Hinc patet, si quis has duas definitiones inter se contulerit, reperiet sine dubio, hanc esse ab officio & substantialem, illã uerò materialem seu realem, in qua uidere licet industriam fabricandę Sphęræ, sicuti superiùs copiosè uisum, atq; explicatum est.

Et illud punctum dicitur centrum Sphęrę.

Puncti & Centri discrimen.

Punctus seu signum & centrum, nonnihil inter se discriminis habẽt, licet punctus subinde pro centro accipi reperiatur. Nam punctus seu signum, est principium figurę mediatum, sicuti alibi uidere est: Centrũ autem, est cuiusuis rei medium, ut uulgò usurpatur. Hoc loci autem accipitur pro tali medio, à quo omnes lineę tractę ad circumferentiam, inuicem sunt æquales.

Linea uerò recta transiens per centrum Sphęræ, applicans extremitates suas ad circumferentiam ex utraq; parte, circa quã Sphæra uoluitur, dicitur axis Sphęrę.

Sciendũ est, quod hęc linea uerè sit linea mathematica, quę est lõgitudo absq; latitudine, quã non cõprehendere possumus nisi imaginãdo. Non est ut quis cogitet secum, hanc lineam quæ de polo ad polum protenditur, circa quã tota cœli machina rotatur, ab oriente in occidentem, sit realis: est, inquã solũ imaginaria. Et ne quis secum cogitet, cœlum esse infinitum, & rotari circa infinitum, addit in descriptione: extremitates suas ex utraq; parte applicare ad circumferentiam. Et sicuti suprà dictũ est, punctũ usurpari pro centro, &c. Ita hoc loci linea, quę aliàs est duntaxat planarũ figurarum, & non solidarum, accipitur pro axi, circa quam Sphęra seu globus uoluitur.

Cęterum

Cæterùm ut diſcentes rem rectiùs intelligãt, linea & diameter inter ſe in hoc diſtant propriè, uidelicet, diameter eſt in circulo linea tranſiens per centrum eius, utrinq; applicans extremitates ſuas cum circumferentia. Quæ duo in linea non neceſſariò eſſe debent, ſiquidem linea trahi poteſt in circulo, quæ neq; extremitates ſuas applicabit cum circumferentia, neq; tranſibit per eius centrum. Axis uerò differt, ſi rectè loqui uolumus, ab utriſq;, nam ſicut diameter ſolũmodo dominatur in circulo. ita axis in Sphęra ſeu globo tantũ uſum ſuũ exercet: quẽadmodũ uidere eſt, in pręmiſsis duabus figuris, in quarũ altera, ſcilicet, m p x n, linea m o n diameter dicitur, applicans ſuas extremitates ad circumferentiã, in punctis, m & n, tranſiens per centrum o. In altera autem, t s t linea. ſcilicet c r q d. axis dicitur, quia circa eam globus ab s in t, conuerti & rotari intelligitur. Ex his igitur clarum eſt, aliud eſſe lineam, aliud diametrum, & aliud axem, ſi diligentiùs aliquis uſum eorum conſiderauerit. Ne uerò ſit mora aliqua odioſa circa leuiora, nunc portò tranſeundum eſt ad alia.

Lineam ſimpliciter atq; diametrũ differre.

* Duo uerò puncta axem terminantia, dicuntur poli Sphæræ.

Non abſque cauſa autor in hac deſcriptione adiecit, ſcilicet, poli mundi, et cætera. Nam uox polus, à uerbo πολέω deriuata, quod uerto ſeu circumago ſignificat, multipharíam in aſtrorum diſciplina uſurpatur, & eſt genus quaſi punctorum, circa quæ Sphæræ circumaguntur. Alius enim eſt polus horizontis, alius meridiani, alius zodiaci, de polis ſecundorum mobilium, nunc nihil dicendum eſt. Et ut lector non in dubium duceretur, placuit illi addere uoculam, Mundi. Hæc duo puncta appellantur aliquando uertices, quod circa ea mundus roteturac conuertatur. Sunt etiam, apud quos dicuntur cardines, à ſimilitudine eorum, circa quos ianuę & uertuntur & uoluuntur, huius poſterioris appellationis, eſt ualde frequens apud autores uſus. Horum polorum mundi duo ſunt, alter auſtrinus, qui fugit noſtrum uiſum, ſiquidem deprimitur ſemper ſub horizontem: alter uerò ſeptentrionalis, qui ſemper apparet, & nunquã ſub horizontem deprimitur.

Si quæris, an polus mundi ſeptentrionalis (de Auſtrino idem eſt iudicium) ſit ſtella, aut alius quidam punctus in cœlo, circa quem primum mobile conuertitur: huic tuæ quæſtioni paucis reſponſum uolo. Palàm eſt, aliud eſt primum mobile, hoc eſt, Sphęram decimam. ſicuti alibi manifeſtum euaſit, aliud Sphęram nonam, item aliud octauam Sphęram. His ita ſtantibus, en longa experientia edocti ſumus, ſtellas fixas, quas ſaniores Aſtronomi omnes aſſerunt in octaua Sphęra eſſe, & ſedes ſuas ab occidente in orientẽ per multos gradus iam mutaſſe. Qui itaq; iam dicta rectè ſecum perpenderit, non poteſt aſſerere eſſe ſtellam, aliàs oporteret conuerſionem mundi in octaua Sphæra fieri, & ſimplici corpori, per ſe & propriè, & eſſentialiter, plures aſsignare motus, quod eſt impoſsibile: aut ſtellas in primum mobile ponere, quod oppidò quã ualde abeſt à ueritate. Firmiter itaq; eſt ſtatuendum, duo eſſe puncta in cœlo immobilia, circa quę primum mobile conuertitur, & ſtellam in extremitate caudæ urſę minoris, non polum ab Aſtronomis appellari, imò ſtellam polarẽm, quaſi uellent dicere: cũ hæc & non alia ſtella ſit puncto illi ſeu polo proxima, nec incommodè, ut inſpicientes cœlum, ſciant ubi ſit polus ſeptentrionalis, uocabitur ſtella polaris.

Vtrum poli Mundi ſint Stellæ.

Extrema Cynoſuræ. cur Polaris dicta.

Cùm igitur uolueris cognóſcere polum mundi ſeu ſtellam polarem, tunc conuerte faciem uerſus Septentrionem, cœlo exiſtente ſereniſsimo, relinquens Orientem à dextra, & occidentem à ſiniſtra, & uidebis in urſa minori ſeptem ſtellas diſpoſitas, ad formam ſtellarum maioris urſæ, quę ſplendidiores ſunt. Harũ ſtellarum tres conſtituunt caudam, & ea quæ eſt in caudę extremitate, appellatur ſtella polaris, quę declinat noſtris temporibus ab æquatore, grad. 85, m̃ 53.

Stella polaris quomodo cognoſcatur.

Stellæ polaris à polo Mundi distantis.

Remota hac declinatione à 90. grad. residuabitur distantia eius à uero polo, 4 grad. 7 m̄. hæc stella, inquam, successu temporis unietur cum polo.

Distant. stellæ polaris à polo, qua ratione sit inuenienda.

Et antequam sermo ad alia uertatur, uisum est ostendere rationem inuestigandi distantiam polaris stellæ, à polo uero. Et utemur per totam hanc commentationem, genesi serenissimi Romanorum Regis Ferdinandi semper Augusti. Ergo placet cognoscere, supradictam distantiam eo die, quo D. Ferdinandus Romanorum rex inuictissimus in Mundum prodijt, quod factum est Modinæ, in regno Castiliæ Hispaniarum, Anno salutis, 1503, Mense Martio, die 10, hora 10 à meridie. In sequenti figura, sit k b motus augium, Sig. 0. grad. 11, m̄. 2. secūd. 11, c d arcus in paruo circulo, sit motus octauæ Sphere, qui ad tempus pro-




positum inuentus est, 2 sig. 16 grad. 27 m̄. 54 secund, Arcus e g in nona Sphera, est æquatio, cui respōdet arcus b f, in eclyptica primi mobilis, qui est 8 grad. 44 m̄. 52 secund. addendus, uidelicet, iuxta præcepta alibi tradita, arcui k b. Quo facto, prodijt aux communis 19 grad. 47 m̄. 3 secund. Et cum tempus propositum sequatur Alphonsinam æquationē, quo tempore stella dicta destitit à

sectione

fectione uerna 2 Sig. 17 grad. 18 m̄. Aux communis Alphonsina, scilicet, 17 grad. 14 m̄. 44 secund. subducta est ab auge communi, paulò antè inuenta, & relicti sunt 2 grad. 32 m̄. 19 secund. arcus nimirum quo stella polaris progressa est, à tempore Alphonsi, usq; ad tempus nostrę operationis. Hic arcus additus est superiori, & prodijt arcus distantiæ stellę polaris, 2 Sig. 19 grad. 50 m̄. 19 secund. Hinc patet, quò d ultima stella in cauda ursæ minoris, fuerit in genesi D. Ferdinandi, serenissimi Romanorum regis, in 19 grad. 50 m̄. 19 secund. Geminorum.

Hanc distantiam præmittere uisum est, eam ob causam, quòd absq; ea, non est uia perueniendi ad notitiam arcus, qui est inter polum uerum, & stellæ polaris centrum, quemadmodum mox ad uidendum dabitur. Huius stellæ latitudo deprehensa est à ueteribus Astronomis esse, 66 graduum, septētrionalis uidelicet, & illa est de tertia magnitudine.

Et ut ea, quæ iam porrò dicenda sunt, exactiùs ad intellectum ueniant, subijciatur figura, in qua f b m l, sit colurus solstitiorum, l i n medietas Zodiaci, m i g medietas æquatoris, i principiū arietis, b polus zodiaci, a polus mundi septentrionalis, à quo intelligatur incidere arcus a c h, super medietatē æquatoris m h g, ad angulos rectos, sicuti à polo zodiaci b, arcus b d e, cadit in medietatem zodiaci l i n, ad angulos rectos, in puncto d. Arcus n g, est notus ex maxima solis declinatione, quæ ad propositā gesimest inuēta, 23 grad. 30 m̄. ferè, c d arcus, qui repręsentat stellæ latitudinē, scilicet, 66 grad. (quę unde sumat exordium, infrà suo loco audietur) notus est. Porrò i d



arcus, ab initio uidelicet Arietis, usq; ad locum stellæ, ex suprà dictis cognitus est, mediante hoc arcu, quem pręsupponimus, ac si esset ascensio recta, notum se offeret i h e arcus. Hoc habito, non latebit arcus declinationis particularis, d e, qui integrat d c arcum, his stantibus, polus c d e arcus, non ignorabitur. In triāgulo i e d, angulus i d e est rectus. Nam si intelligatur i d, recta ascensio loci stellę dati, nempe 2 Sig. 19 grad. 50 m̄. 19 secund. elicietur è tabulis rectarum ascēsionum (sicuti infrà copiosius uidebitur) arcus i h e, correspondens huic ascensioni rectę, 80 grad. 39 m̄. 59 secund. Per doctrinam igitur triangulorum Sphęricorum, cum angulus n i g sit notus, nempe 23 grad. 30 m̄. ut est maxima solis declinatio nostris temporibus: innotescet, d e arcus, qui post debitam operationem oblatus est, 23 grad. 9 m̄. 45 secund. unito hoc arcu, arcui c d, quem suprà ostendimus esse 66 grad. prouenit totus arcus c d e; 89 grad. 9 m̄. 45 secund. In triangulo g f e, sunt duo latera cognita, scilicet g f, 66 grad. 39 m̄. & e f, scilicet 66 grad. 50 m̄. 15 secund. cum angulo f g e, qui rectus est. Inuentis igitur prius sinibus horum arcuum, & operatione debita diligentia, peracta, prodijt angulus g e f cognitus, per doctrinam triangulorum sphęricorum, cui per decimam

A 5 quintam

quintam primi Euclidis, æquatur angulus c e b, aut b e k, 85 grad. 56 m̄. ſinus eius rectus eſt, 59. 50. 59. & quę eſt proportio e b ad b k, ea erit e c ad c b. Nunc ordinentur numeri ſuprà inuenti, in regulam proportionum, ſcilicet,

e b	b k	e c
60	59. 50. 59.	59. 59. 57.

& abſoluatur operatio diligenter, & proſilient pro arcu c h qui quærebatur, 59 partes, 50 m̄. 45. quarum ſemidiameter ſeu ſinus totus eſt 60. Harum partium arcus, è tabula ſinuū oblatus eſt, 85 grad. 53 m̄. quibus ſubductis ex 90 grad. hoc eſt arcu a c h, reſiduatus eſt a c, diſtantia, nimirum, ſtellæ polaris poſitæ in puncto c, à polo uerò mundi, ſuppoſito in puncto a, 4 grad. 7 m. totidem gradibus, remota fuit commemorata ſtella, à polo uerò ſeptentrionali, quando natus eſt D. Ferdinādus Romanorū Imp. inuictiſsimus. Hæc ſunt quæ paucis hoc loci commemorare libuit, de polis mundi.

DIVISIO SPHAERAE MVNDI.

SPhęra aūt mundi dupliciter diuiditur, ſecūdū ſubſtantiā, & ſecūdū accidens, ſecundū ſubſtantiam, in Sphæras nouē, ſcilicet ſphærā quę primus motus, ſiue primū mobile dicitur, & in Sphærā ſtellarum fixarum, quæ firmamentum nuncupatur, & in ſeptem ſphæras ſeptem Planetarum, quarum quędam ſunt maiores, quędam minores, ſecundum quod plus accedunt, uel recedunt à firmamento. Vnde inter illas ſphæras, Sphęra Saturni maxima eſt, Sphęra uerò Lunæ minima, ut in ſequenti figura continetur.

Sphæræ mūdanæ diuiſio ſecundū ſubſtantiam.

Priuſquam deueniatur ad huius textus explicationem, non incommodè uidetur fieri, ut prius exponatur paucis quoad fieri poteſt, quid intelligatur per ſubſtantiam, & quid per accidens. Subſtantia hoc loci nihil aliud eſt, quàm eſſentia ipſius rei, & cœli partes: ſicuti ſunt & planetæ, & planetarum circuli, item circuli illi ex quibus Sphæra conſtat, qui ſemper eodem ſe habent modo. Accidens autem eſt, quod Sphęrę non per ſe, aut ſecundum eſſentiam ineſt, imò accidit ei, pro diuerſa tam ratione quā poſitione eorum, qui terrā inhabitant: ſicuti uidere eſt in eleuatione poli, horizonte, meridiano & alijs circulis, qui diuerſificantur & diuerſimodè aſpiciuntur & conſiderantur, & hoc iuxta diuerſam rationem, & poſitionem eorum, qui (ut dictum eſt) inhabitant terram. Nam gratia exempli, aliter ſe habet polus, item horizon & meridianus, illis qui habitant Modinæ, ubi in hunc mūdum prodijt. D. Ferdinādus, Imp. Romanorum inuictiſsimus, quàm habitantibus Viennæ Auſtriæ, ſiquidem tam lōgitudines quā latitudines horum locorum, aliter atq; aliter ſeſe habeant. Circuli uerò ſubſtantialiter nihil mutationis ſuſcipiunt, nam quidquid mutationis in illis eſt, id extrinſecus accidit. Et quando dicit autor, Sphęram diuidi ſecundum ſubſtantiam, idem eſt quod alibi dicitur, genus diuidi in ſpecies. Siquidem uocabulum Sphæra, ſit genus, cuius ſpecies ſunt, de quibus prædicatur, Sphæra nona ſeu primum mobilē, Sphæra octaua, Sphęra Saturni, Sphęra Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij & Sphæra Lunę.

Enumeratio Sphærarum cœleſtiū ſecundū Ptol.

Sciendum eſt, autorem hîc numerare Sphæras, ſecundum quod Ptolemæo Aſtronomorum principi motus cœleſtes fuerunt noti, qui à poſterioribus motuum obſeruatoribus in multis aliter ſe habere inuenti ſunt: quod potiſsimum

animad-

animaduerterunt, in maxima solis declinatione, quæ nunc temporis minor esse inuenitur, quā temporibus Ptolemęi. Cæterū non cogitet quis, tantum artificē hunc motum omnino ignorasse, quem (cùm non haberet sufficientes obseruationes) quia in paucis annis ob nimiam tarditatem animaduerti non potest, maluit dissimulare, quā incerti quid in medium proferre. ideò demonstratum reliquit, stellas fixas esse in octaua Sphæra, & moueri motu tardissimo super polis zodiaci, ab occidente in orientem, & in centum annis unum gradum progredi, & supra octauam unam tantùm esse Sphęram, nempe nonam seu primū mobile. Sed posteriores, qui longioris temporis habuerunt obseruationes quam ille, uiderunt stellas fixas, in paucioribus annis quā centum, progredi unum gradum, & maximam solis declinationem decreuisse. His sic deprehensis, illis excogitanda fuit ratio, qua hic nouus motus, ueteribus ignotus, saluari possit, quod commodius non potuit fieri, quā per additionem alicuius Sphęrę ultra illas nouem, quibus uetustas contenta fuit. Quare adiecta est decima Sphęra, & duo circelli, quorum centra in capitibus arietis, & librę nonę Sphęrę situantur, qui circelli intelliguntur describi motu librationis, à capite arietis & libræ octauæ Sphęrę, in qua stellę fixę esse supponitur. Suprema Sphęra, si quęris causam appellationis, uocatur primum mobile, propterea quòd secum rapit omnia secunda mobilia, ab oriente ad occidentem, super polis mundi, de quibus paulò antè satis uerbosè à nobis dictum est. Quo modo hi orbes seu Sphęrę ad imaginationem cadant, alibi copiosissimè demonstratum reperies, qui orbes alter alteri ita contiguè inuoluuntur, ut inter eos penitus nihil mediet. Eorum etiam amplitudines considerandæ sunt, secundum quod aut plus, aut minus distant à primo mobili, puta, quò aliquis commemoratorum orbium propior est primo mobili, eò amplior esse conuincitur, quemadmodum etiam autor meminit. Hinc Saturni Sphęra, cum primo mobili sit proxima, reliquas omnes amplitudine sua superat, & contrà Lunę Sphęra, quę remotissimà est à mobili primo, arctior est cęteris omnibus. Hoc etiam ex motus ratione ipsorum planetarum, non difficile est probatu, sicuti mox manifestabitur.

Quamobrē posteriores, plures quàm nouem Sphæras coelestes statuerint.

Et antequā ad sequentia properabitur dicendum est paucis, ob quam causam aliquot stellę appellentur fixę, & aliquot earum planetę, cum uideamus, atq; experientia edoceamur, nullas earum destitui motu. Et ut melius appellationes has intelligamus, sciendum est, intellectum eiusmodi appellationum non pendere à motu, imò potius ab earum distantia. Quoniam certò constat, stellas fixas non ita appellari ob motus tarditatem, aut quòd illis nullus prorsus sit motus, sed potius eam ob rem, quòd distantias suas in hunc usq; diem diligentiores artifices repererint inuariabiles, atq; easdem ueluti, exempli gratia, est distantia inter cor leonis seu Basiliscum, & ultimam stellam caudæ ursæ maioris, quę tam nostro quā Ptolemęi tempore, semper inuenta est, 58 grad. 12 m̄. quorum maximus circulus in Sphęra, dirimitur in 360 gradus seu partes.

Cur stellarū aliæ fixæ, erantes aliæ dicantur.


Et ut harum rerum solidior habeatur intellectus, nunc porrò exemplis, maximè dum distantiarum fixarum stellarum mentio facta est, ostendendum est, quibus modis earum intercapedines, datis & longitudinibus, & latitudinibus illarum inueniantur. Quid autem stellarum sit longitudo & latitudo, infrà suo loco, satis luculenter demonstrabitur. Triplex est eiusmodi intercapedinum positus: Nam alię tantum longitudine differunt, ut sunt illę, quæ in ipsa eclyptica sunt, aut extra eclypticam tamen earundem latitudinum nulla sit uariatio: aliæ tantum latitudine, aliæ uerò & latitudine, & lōgitudine. Et hoc dupliciter, quia aliquando stellæ longitudine & latitudine hoc differunt modo, quòd altera sit in eclyptica, altera uerò extra eclypticam sicut in exemplo paulò ante proposito. Et aliquando fit, quòd in iam sępe commemoratis duobus accidentibus,

De stellarū distantijs inueniendis.

inter

inter se differant, ita quòd ambæ sint extra eclypticam.

Et ne animus discentis dubius, atque incertus relinquatur, de priore posteriorũ duorum modorum: primũ exemplum in medium producatur. En libet experiri, quantũ Basiliscus (qui est in corde Leonis in eclyptica ferè, quia latitudo eius est minor quàm ut curanda sit, ideò ponimus eam, ac si esset in ipsa eclyptica, cu ius locus uerus, tum cùm natus est D. Ferdinandus Modinæ, Imp. Romanorũ potentissimus, erat in 22 grad. 10 m̄. 19 secund.) ab extrema stella caudæ maioris ursæ, quæ tempore prædicto obtinebat 19 grad. 30 m̄. 19 secund. Virginis, distans ab eclyptica uersus septentrionem 54. grad. Harum duarum stellarum differentia, subtracto minori loco à maiori, est 27 grad. 20 m̄. Esto f polus zodiaci, h locus uerus cordis Leonis, l sit locus uerus in zodiaco ipsius stellæ ultimæ




in caudæ ursæ maioris, punctus k sit locus dictæ stellæ extra Zodiacum, & arcus h l, differentia stellarum propositarum, qua distant ab inuicem in eclyptica, & inuenta est, 27 grad. 20 m̄. Horum graduum & minutorũ subtensa est, 27 par. 33 m̄ quarum sinus totus præsupponitur 60. i k arcus, est latitudo stellæ ab eclyptica, hæc à ueteribus inuenta est 54, & arcus h e, i f, h l, sunt quartæ circuli. Cõplementum latitudinis stellę, scilicet k f, est 36 grad. & subtensa eius est, 35 par. 16 m̄. 2 secund. Complementum autem differentię stellarum, hoc est arcus i l, est 62 grad. 40 m̄. subtensaque horum graduum, inuenta est 53. 18. 3. qualium sinus totus est 60. In triangulo f k e, sunt duo anguli, nempe k f e & k e f noti, cum uno latere k f, & per doctrinam triangulorum sphęricorum, erit proportio f i ad i l, sicut f k ad k e. Tria sunt nota, uti uisum est, ergo & quartum puta k e, per regulam proportionum, dispositis prius numeris, ut sequitur:

|60.|53. 18. 3|35. 16. 2.| innotescet, quod est 31 partiũ, 19 m̄. 43 secund. recta nimirũ quæ subtenditur arcui k e. Sed arcus ipse, se obtulit 31 grad. 28. hoc sublato à 90 grad. & residui fuerunt 58 grad. 32 m̄. quantitas intercapedinis commemoratarum stellarum, quę superiori ad unguem coęquatur.

Pro maiori certitudine, placet addere specimen alterius modi posterioris formę, uidelicet; de inuenienda distantia duarum stellarum, existentium extra eclypticam, quæ differunt tam longitudine quã latitudine. Hic modus operãdi, prio

te long

re longè operosior est, sicuti iam mox dabitur uidere. Sint exempli gratia, duæ stellæ datæ, differentes ab inuicem & latitudine & longitudine, nempe Hircus, qui abfuit à sectione æquatoris & eclypticę tempore Alphonsi, 2 sig. 12 grad. 8 m. & in genesi proposita, 2 sig. 14 grad. 40 m. Et Arietis antecedens duarum quæ sunt in cornu, quæ Alphonsi tempore abfuit à dicta sectione, 0 sig. 22 grad. 48 m. & tempore supposito pro exemplo, 0 sig. 25 grad. 20 m. priorisque latitudo fuit, 22. grad. 30 m. posterioris autem latitudo, 7 grad. 20 m. utraque septentrionalis. Et differentia, facta subductione, est 1 sig. 19 grad. 20 m. Et pro clariori operatione subijciatur figura talis, in qua, m g n est media pars eclypticæ, d locus hirci extra eclypticam, c stellæ arietis, b polus zodiaci, g locus uetus hirci in eclyptica, h ue-




rus locus stellę arietis in eadem eclyptica, g h arcus differentiæ inter datas duas stellas, l i q æquator. i. principium arietis. Arcus g d b, & h a b, f d a, e d c, sunt quartę ipsius circuli, d g latitudo hirci, h c autem stellę arietis. Iam libet scire quãtitatem arcus d c, intercapedo nimirum earum, ad tempus, quo D. Ferdinandus, Imp. Romanorum potentissimus, Modinę in hunc prodijt mũdum. Et antequã initium fiat operandi, intelligantur in præhabita figura tres trianguli, scilicet, b d a, f d g, & f d e, & in singulis eorum imaginentur duo anguli noti, cum uno latere, nempe in primo, d b a, d a b, cum latere d b, quod est complementum quartæ g d b: In secundo d f g, d g f, cum latere d f, complemento scilicet quartę a d f, in tertio uerò f d e, d e f, cum latere f d, complemento, uidelicet quartę f d a. His itaque sic presuppositis, animus primum uertendus est, ad inuestigandum subtensam arcus d a, Auferatur igitur latitudo maior, puta arcus g d, à 90, tota scilicet quarta g b, & residuabitur complementum d b. 67 grad. 30. & subtensa eorum, 55.25.58. qualiũ sinus totus est 60. Arcus g b est 49 grad. 20 m. subtensa uerò, 45. 30.39. Ex notis proportionib. b g a d g h & b d & d a, emersit subtensa b d nota, scilicet, 42.38. qualiũ sinus totus est 60, & arcus ipse inuentus est è tabulis, 44.29 eo subducto à quarta a f, reliquus fuit arcus d f, 45.31. In triãgulo d f g, sunt duo latera nota, ut sunt d f & d g, cũ uno angulo. Siquidem subtensa arcus d f, est 45.31. & ipsius d g, puta, maioris latitudinis stellarũ, quę est 22.57.39. His notis presuppositis, per doctrinam triangulorum sphæricorum, innotescet triangulus d f g

hoc eſt, ſubtenſa arcus a b, 32.16.28. & ipſe arcus offertur 32.32. Hinc complementum b a, erit 57.28. & h c (ut ſuprà uiſum eſt) eſt, 7 grad. 20 m̄. complemētū huius, ut eſt arcus c a b, erit 82. 40. Ex hoc complemento, poſtquã arcus b a ſubductua eſt, reliqui fuerunt, 25.12. ac his ablatis à 90, relicti ſunt 64.48. pro arcu a k. Et quę eſt proportio f a ad a k, ea erit proportio f d ad d e, & poſitis dictorum arcuum ſubtenſis, ut ſequitur, ſcilicet,

|60|42. 48. 26.|54 17.22.| & abſoluta operatione ita ut debet, prodierunt pro ſubtenſa d e, 38.44.2. harum partium arcus eſt, 40 grad. 12 m̄. Et poſtquã arcus e d, ablatus eſt à quarta e d a: reſiduatus eſt arcus d a, 49 grad. 48 m̄. tanta fuit dictarum ſtellarum diſtantia, quando D. Ferdinandus, Imp. Romanorum potentiſsimus, Modinæ natus eſt in hunc mundum. Et ſi quis contulerit earum diſtantiã, quæ fuit temporibus Ptolemæi aut Alphonſi cum hac, non inueniet aliam.

Stellarũ intercapedo, quæ eiuſdē latitudinis ſunt, diuerſæ aũt lõgitudinis, quomodo perquirēda ſit.

Porrò dentur duæ ſtellæ extra eclypticam uerſus ſeptentrionem, in latitudinibus ſuis nihil diſcriminis habentes, quarum diſcrimen quidquid eſt, totum tranſit in longitudinem. Sit igitur altera ultima caudæ urſę maioris, diſtans ab eclyptica 54 gra. & à principio Arietis, 5 Sig. 19 grad. 30 m̄. & altera decliuior in Boote uerſus ſeptentrionem, & eſt haſtile habens canes, diſtans ab eadem eclyptica in ſeptentrionem, 54 grad. proximè, & ab Ariete, 6 ſignis, 25 grad. 40 m̄. & differentia earum eſt in eclyptica ſecundùm longitudinem 35 grad. 50. Sit punctus a, locus prioris ſtellæ in eclyptica, b alterius a b, arcus, differentia dicta, a c dimidium eius, ſcilicet, 17 grad. 55 m̄. a g, æqualis ipſi e b, ſit 54 grad. & complementum g d. 36, ſubtenſa a c, 18.27.29. ſubtenſa autem d g, 35. 16. 2. Ex proportionibus notis d a ad a c, & d g ad g f, uenit nota ſubtenſa g f: quia anguli g f d, d e a, ſunt recti, nempe, 10.51.15. eius duplum, hoc eſt ſubtenſa totius g f e, erit 21.42.30. & arcus ipſe, diſtantia nimirum dictarum ſtellarum, pro geneſi noſtra propoſita, erit 21 grad. 22 m̄. quod quęrere libuit. Et ſi lõgitudine aut latitudine tantùm differrent, tunc erit differentia earum diſtantia ipſa. Et quidquid amplius de huiuſmodi accidentibus, tam fixarum quã erraticarum conſiderandum uenit, id ex his tribus exemplis, in quibus difficultas omnis uerſatur, faciliimè intelligetur, huius rei gratia ſuperuacaneum foret, ſi quid ulterius adderetur. Et ut fert mea opinio, his ſatis ſuperq; explicatum eſt, quare dicantur quędam ſtellarum fixę. Et priuſquã deueniatur ad explicationem diuiſionis Sphęrę ſecundum accidens, paucis dicendum eſt de Planetarum denominatione.



Planetæ unde dicti ſint.

Planetæ igitur, quos Latinè erraticas ſtellas appellare poſſumus, traxerunt denominationem ſuam, à uerbo Gręco πλάνημι, hoc eſt erro, quę contrario modo ſe habent cum ſuperioribus. Nam ſicut ſuperiores, quemadmodum exemplis pulchrè demonſtratum eſt, ſemper eaſdem ab inuicem ſeruant diſtantias: ita iſtę neque ad ſe inuicem, neq; ad ſtellas fixas, in eadem manent remotione & propinquitate, imò nunc uel ſecum, uel cum fixis coniunguntur, nunc ab illis iterum recedunt, & hoc certis uel motibus, uel temporibus. Ad hæc modò ſunt ſub eclyptica, modò ab ea diuagantur, aut uerſus ſeptentrionem, aut uerſus auſtrum: ita quod nunquam eaſdem ſeruent uel latitudines, uel longitudines, ſicuti in fixis deprehenſum eſt. Inſuper fixę omnes, quantum ſolertia artificum deprehendere hactenus potuit, habent unicam Sphęram qua circumducuntur: ſed planetarum quilibet habet proprium orbem ſeu Sphęram, ad cuius motum circumducitur, quemadmodum ſub finem huius compendij uidebitur, ubi (licet

tet ibi simus breuiores,& non absq; causa) omnia quæ hic desyderantur, cumu latiùs ob oculos ponentur. Hic foret addenda figura, pro orbibus planetarum ostendendis, quam in frontispicio additam inuenies.

Secundum accidens autem diuiditur in Sphæram rectam,& Sphæram obliquam. Illi autem dicuntur habere Sphæram rectam, qui manent sub æquinoctiali, si aliquis ibi manere posit. Et dicitur recta, quia neuter polorum magis altero illis eleuatur, Vel quia eorum horizon intersecat æquinoctialem,& intersecatur ab eodem ad angulos rectos Sphærales.

Illi uerò dicuntur habere Sphæram obliquam quicunq; habitant citra æquinoctialem uel ultra. Illis enim supra horizontem alter polorũ semper eleuatur, alter uerò semper deprimitur, Vel quoniam illorum horizon artificialis intersecat æquinoctialem,& intersecatur ab eodem ad angulos obliquos & impares.

Nunc ponit autor alteram diuisionem Sphæræ, quæ fit secundum accidens, talis diuisio plerunq; enumeratio appellatur, quia in ea enumerantur accidentia quæ subiecto insunt. Intellectus huius diuisionis non minus ingenijs rudibus difficilis est quã superioris. Siquidem non statim imaginari potest, qua ratione polus supra horizontem eleuetur, aut illi incumbat. At ut facilius huiusmodi speculatio ad intellectum atq; imaginationem ueniat. memori tenẽdum est memoria, hanc terræ machinam (sicuti sub finem huius capitis dicturus est) nullam habeat, si comparetur ad cœlum stellatum, quantitatem,& semper præcise unam medietatem cœli esse sub terra,& alteram supra eam,& sex signa supra horizontem,& reliqua sex sub horizonte esse, quod (quemadmodum infra demonstrabitur) ex æquinoctijs potissimum fit euidens. Insuper terram ipsam respectu nostri, infinitæ esse magnitudinis. His hoc pacto ritè perceptis, nihil scrupuli restabit, quin intelligatur quid sibi uelint uerba autoris,& qua ratione quis posit esse in aliquo ipsius terrestris machinæ loco, ut nullus polorum supra horizontẽ ei emergat,& uisui sese obijciat. Definit primũ qui habeant rectam Sphæram, nempe illi, qui habitant sub æquatore, addit in definitione:

Sphere diuisio secundũ Accidens.

—Siquis ibi habitare posit, &c.


Sine dubio hîc opinatur ea, quæ Ptolemæus libro secundo suæ magnæ Compositionis,& multi alij, qui ætate eum præcesserunt, nempe quod sub æquatore,& in utranq; partem, secundum solis maximam declinationem ferè, quod spacium torridæ zonæ (ut in sequentibus patebit) attribuitur, homines habitare nõ queant, ob inimicos solis ardores. Sed posterioribus ætatibus, à regibus potentissimis Hispaniarum & Portugalliæ, crebris nauigationib. aliter se habere inuentum est, de his infrà uerbosius agemus.

Antiquorũ opinio de zona perusta.

Duplicem autem assignat causam, quare habitantes sub æquatore, habeant Sphæram rectam, altera est, quod neuter polorum illis supra horizontem eleuatur, altera autem, quod horizon secat æquatorem ad angulos rectos. Ex sectione huiusmodi satis innuitur, quid sit diuisio per accidens, qua dirimitur Sphæra in rectam & obliquam. Per accidens enim dicitur, quod fit per aliud,& non per se, sicuti clarè uidere est ex prædictis. Nam siue consideraueris polorum situm in horizonte, siue sectionem circulorum antedictorum, nullum inest Sphæræ per se, imò aliunde.

Secare·

Secare ad angulos rectos eſt nihil aliud, quã ita circulum incidere in circulum, ut anguli, qui ex utraque parte cauſantur, ſint inuicem æquales, ut ſit, b a c, pars ęquinoctialis, & d a e pars horizontis, qui ſecatur ab æquatore in puncto a, & angulus b a d, ſit æqualis angulo b a e, incidet ergo b a, in d a e Sphęricè perpendiculariter, & anguli d a b, e a b, erũt duo recti, per definitionem anguli recti, quod fuit oſtendendum. Et euidentioris intellectus cauſa, addatur nunc figura perfecta, in qua a f e g, ſit horizon rectus, e b a axis mundi, f b g diameter æquatoris, b terra ipſa, quæ reſpectu uniuerſi, hoc eſt, circuli e f a g, inſtar puncti eſt, f c g d ſit circulus ęquator, ſecans horizontem in punctis f & g ad angulos rectos, quę ſectiones ab utriſque extremitatibus axis mundi, punctis nimirum a & e, quæ repręſentant polos primi mobilis, æquè diſtant. Vnde euidens euadit, arcus f e, a f, e g, & a g, eſſe circuli quartas, & per conſequens, ſtanti in puncto b, hoc eſt ſub ęquatore, nullum polorum eleuari ſupra horizontem, certum eſt.



Sphæra mundi cur obliqua uideatur.

Iam habito quid ſit Sphæra recta, non difficulter iudicandum erit, quid porrò ſit obliqua Sphæra, quę eſt habitantium ultra citraque ęquatorem. Hæc uerò eam ob cauſam illis obliqua eſſe dicitur, quod non æquo interſtitio ſeu interuallo polorũ habitent, imò illis alter polorum ſupra horizontem eleuatur, & alter tãtundem deprimitur, quod autor pro prima cauſa, tales habere obliquam Sphęram, aſſignat. Altera uerò eſt, quòd illorum horizon, æquatorem ad angulos obliquos & inæquales ſecat. Is horizon, hanc ob rem aliud à ſuperiore acquirit nomen, utputa quod appellatur horizon artificialis, ſiquidem dirimit diem artificialem à nocte artificiali, de quibus infrà ſuo loco ſermo futurus eſt.

Sint exempli gratia, portiones duorum circulorum, ęquatoris & horizõtis, ſeſe dirimentis in puncto a, in qua deſignatione angulus b a d, eſt obtuſus ſeu obliquus, maior (ut definitur angulus obtuſus ab Euclide) recto, & b a e acutus, minor ſcilicet recto. Et cùm iſti anguli accipiant maius & minus



minus,rectis ſunt cõtrarij,& æquator non ſecat ſemicirculũ Meridiani, in duas partes æquales,ſicut in recta ſphæra,ut eſt uidere in ſubiecta figura, in qua c n d e eſt axis mundi,repræſentans etiam horizontem rectum, eius extremitates c, e denotant polos mundi,circulus a e f b ſit colurus ſolſtitiorum ſeu meridianus,a d b linea repræſentet obliquum horizontem, ſecans æquatorem p d f, in puncto d,ad angulos obliquos,ſcilicet p d b obtuſum, & a d p acutũ. Hi anguli quãuis ſint ſphærales,tamen non poſſunt facilè aliter in plano deſignari, quàm per angulos planos. Diuerſitas arcuum b y p & a p,arguit dictorum angulorum inæqualitatem. g n m ſit terra,quę(ut dictum eſt, & mox dicetur copioſiùs) ſi conſiderabitur ad primũ mobile ſeu ſphęram extremam, erit inſtar puncti d, hoc eſt, nullius ſenſibilis quantitatis:reſpectu uerò noſtri,eſt quantitatis immenſæ,aliàs non poſſet quis animo concipere,quomodo fiat poli emerſio ſupra horizontẽ. Eſto nunc quod aliquis ſit ſub æquatore,ſcilicet puncto g,cui p punctus uerticalis ſit in æquatore,& recedat rectà ſeptentrionem uerſus uſq; ad parellelum, diſtantem ab eodem puncto ſecundum arcum g y,36 grad. qui,inquam,tranſit per Modinam,ciuitatem Caſtiliæ regni,ubi natus eſt D. Ferdinandus, Imp. Romanorum potentiſsimus: huic eleuabitur polus ſeptentrionalis c, ſupra horizontẽ obliquum,ſcilicet a d b, ſecundum quantitatem arcus in extrema ſphęra b c, & oppoſitus polus e,tantundem ſub horizontem memoratum deprimitur,& punctus y,in tali ſitu exiſtenti erit uerticalis punctus. Hactenus de ſphærarum diuiſionibus.



DE PARTIBVS MVNDI.

Quæ ſunt partes mundi.

VNiuerſalis autem mundi machina in duo diuiditur, in æthercam ſcilicet, & elementarem regionem.

Elementaris quidem alterationi continuę peruia exiſtens in quatuor diuiditur.

Non eſt ut aliquis anxiè quęrat cauſam, quare autor,poſtquã in pręcedentib. paucis & ſatis perſpicuè ac acutè tractauit, de principijs huius ſcientiæ, nempe quid ſit ſphæra,axis,polus, item in quot dirimatur partes ſecundum ſubſtantiã, & in quot ſecundùm accidens: nunc incipiat uniuerſum illud iterum diuidere, ſecundùm partes principales,& ſimplices. Cauſa enim in promptu eſt ac facilis, rectè penſitatis uerbis in hoc textu propoſitis. In quo primùm omnium nititur uehementer confirmare,terram eſſe immobilem, & eſſe inſtar centri, quantũuis

uideatur immenſę magnitudinis, collate ad extremã ſphæram: & alites ſe habere elementarem mundi partem, & aliter æthercam, ſiue conſideraueris motum, ſiue naturam utrarumq; harum partiũ, in quas uniuerſum ab autore diuiſum eſt. Nam hæ duæ partes mundanæ machinę, tantam inter ſeſe habent colligantiã, quod alterius abſq; altero nulla ſit recta conſideratio, ſiquidem ſuperiora ab inferioribus, & contrà inferiora à ſuperioribus pendent. Quod uel inde iudicari datur, quod ſuperiorum effectus, in hæc inferiora transfunduntur, & in illis manifeſtè perſpiciuntur, ſuperiorumq; motus ſaluari nullis rationibus poſſunt, niſi prius apud animum firmiter concipiatur, quæ ſint ſphęrarum partes proprietatesq;, ratione qualitatis, & modi, motus ac figurę. Nam niſi terra eſſet in medio totius, aut in ea motus daretur, uel ſi non eſſet rotunda, aut eſſet alicuius ſenſibilis magnitudinis reſpectu firmamenti: tunc fieri nequaquã poſſet, ut apparẽtiæ in aſtris ſaluari poſsint. Ideò priuſquã quidq; incipiat de ſphęris aut circulis determinare, de iam recenſitis paucis propoſitionibus, auditorem pręparat atq; certum reddit, ut, cùm ab his inferioribus ad ſuperiora deuenerit, animus auditoris certus ſit, terram eſſe immobilem, tenere medium uniuerſi, ad firmamentum nullius eſſe quantitatis, ſphęricam ex omnibus partibus ſui habere formam unà cum aqua ſeptem eſſe Sphæras planetarũ numerum elementorum quaternario contineri. Primum mobile ſeu cœlum circulariter moueri, & ſphęricę eſſe figuræ ac motum proprium habere ab oriente in occidentem, & ſecum inferiores orbes ſeu ſphęras rapere, ſecundorumq; motum huic contrarium eſſe. Textus hic per ſe ſatis manifeſtus eſt, in cuius prima parte, narrat de elementorum, ex quibus elementaris machina conſtat, alteratione, & eorum ſitu atq; numero, & quid ſit elementum. Enarratione eorum, quantum Aſtronomiæ tyroni opus eſt ſcire, abſoluta, uertit animum ad alterius partis, puta ætherę, explicationem. Et cum non ſit noſtri inſtituti hęc cumulare, quod pertinet ad Phyſicum, ac ſcrupuloſius excutere: pius lector non egrè ferat, nos breuiores in hac parte fuiſſe.

Eſt enim terra tanquam mundi centrum in medio omnium ſita, circa quam aqua, circa quam aer, circa aerem ignis, illic purus & non turbidus, orbem Lunæ attingens, ut ait Ariſtoteles in libro Metheororũ. Sic enim ea diſpoſuit Deus glorioſus & ſublimis.

Monſtroſæ ueterum de numero elementorum, opiniones.

Non ſatis dici poteſt, quã portentoſas ac monſtroſas olim, priuſquam à ſanioribus philoſophis phyſica profeſsio ritè ſuis munita, ac comprehenſa eſt ſeptis, opiniones quidam habuerint, eò namq; nonnulli, ut plerunq; fit in rebus obſcurioribus, ac longè à ſenſibus noſtris diſſitis, deuenerunt, quod non erubuerint ſtatuere, innumerabilia eſſe elementa, de quorum numero Democritus fuit, alij uerò uolentes deuitare numeroſitatem elementorum, ſtatuere tantùm unum, de quorum philoſophorum numero Anaxagoras ſibi primas uendicauit. Hoc delirium eò libentius poſteriores illis condonare debent, quod in rebus difficillimis, & antea à nemine ritè attentatis, ſuam ſedulam pręſtiterint operam. Quid multis? nunc porrò paucis demonſtrandum eſt, quatuor tantum, pręter cœlum, eſſe corpora ſimplicia & prima, & ut dicam, non uiuentia opinione quorundã.

Quatuor eſſe elementa tantùm.

Cæterùm ut liquidius perueniamus ad argumenta, quibus probabitur elemẽta quaternariũ non excedere numerũ, paucis adijciemus mirabilem qualitatum elementorũ conuenientiã, atq; diſcordiã. Quãuis elemẽta inter ſe ſint diuerſiſsima, tamen à Deo ordinis, & qualitatis opportunitatę ita contexta ſunt, ut facillimè coniungantur. Nam experientia certum eſt, quod binę in ſingulis qualitates ſint, quarũ alterã dedit, ut in eo, cui adhęret cognatã ſibi, & ſimilẽ reperiret. Quã

terra

terra frigida & sicca, aqua frigida & humida est. Hæc duo elementa, quamuis ista biduabus qualitatibus contrarientur, nempe siccitate & humiditate, tamen habent frigiditatem quæ est in utrisque æqualiter, & illis communem qua coniunguntur. Porrò aer humidus est & calidus, qui si comparabitur cum aqua, elemento, scilicet, sub se proximo, est illi contrarius caliditate, siquidem calor & frigus pugnantes sunt qualitates, & sese non ferunt in eodem subiecto, nisi per remissionem aliquam: conciliatione tamen humoris, qui utrisque communis est, conciliantur societate. Insuper ignis supremum elementum, calidus & siccus est, & quatenus calidus est, communicat cum eo aer: sed quatenus siccus est, repellit aerem, illique contrarius est.

Hinc uidere est, quod singula quæque elementorum, duo sibi hinc inde uicina singulis qualitatibus, uelut quibusdam amplectantur ulnis, scilicet aqua terram frigore, aerem sibi nectit humore, aer aquæ humore simili, & igni calore sociatur. Ignis aeri miscetur ut calido, terræ iungitur siccitate, terra ignem sicco patitur, & aquam frigore. Ex hac qualitatum primarum nascitur insolubilis quatuor elementorum colligatio, consociatioque, hæc firmitas uinculorum qualitatum si tantum unum, aut duo forent elementa, aut tria, aut plura quàm quatuor, insolubilis esse non posset. In hac mirabili elementorum, ratione qualitatum, colligatione, manifestè spectandum proponitur, neque plura, neque pauciora posse esse elementa quàm quatuor. Nam si essent plura, oporteret plures assignare qualitatum primarum combinationes, & si pauciora, pauciores, quod foret absurdum, & impossibile. Hactenus de primo argumento, sumpto à qualitatum combinatione, tantum quatuor esse elementa.

Alterum uerò argumentum, probans numerum quaternarium elementorum, sumitur à motu eorum. Tot enim statuuntur esse elementa, quot sunt motus eis competentes. siquidem omne corpus simplex habeat motum simplicem, & similiter simplex motus omnis competit alicui corpori simplici: teste Arist. primo de mundo & cœlo. Quatuor autem sunt motus recti simplices, qui elementis competunt. Nam est motus simpliciter sursum à medio, alius est simpliciter deorsum ad medium, est deinde motus deorsum ad medium respectiuè, & motus à medio respectiuè sursum. de circulari, qui solum cœlo competit, dicetur suo loco. Duobus elementis extremis, igni scilicet & terræ, motus simpliciter sursum & deorsum competunt, igni nimirum, ut elementorum leuissimo, conuenit motus simpliciter sursum, à medio terræ uerò, propter summam grauitatem qua cætera cuncta excedit, attribuitur motus simpliciter deorsum ad medium, & intermedijs duobus, aeri scilicet, & aquæ, respectiui competunt motus, utpote ipsi aquæ, cùm grauior sit aere, & leuior quàm terra, uendicat sibi motum respectiuum deorsum: sed aeri tanquam grauiori elemento quàm est ignis, & leuiori quàm est aqua, competit motus respectiuus sursum. Istis quatuor motibus rectis liquet quatuor duntaxat esse elementa & neque plura, neque pauciora. Plura adducerem argumenta, probantia elementorum numerum, quod consultò nunc prætereo, siquidem, de his plura dicere non Astronomi, imò potius physici sit officium.

Alterum quod quatuor tantum esse elementa comprobatur.

Et hæc quatuor elementa dicuntur, quæ uicissim à semetipsis alterantur, corrumpuntur & regenerantur.

Quomodo elementa corrumpantur, alterentur, & regenerentur, prorsus physici est quærere, & non Astronomi, de qua re uideatur Arist. in libris de ortu & interitu.

Sunt autem elementa corpora simplicia, quæ in partes diuersarum formarum minimè diuidi possunt, ex quorum commixtione diuersæ generatorum species fiunt. Quorum trium quodlibet terram orbiculariter undiq; circundat, nisi quantum siccitas terræ, humori aquæ obsistit, ad uitam animantium tuendum.

Elementorũ definitio.

Et priusquã deueniat ad descriptionem regionis ætheree, definit elementa, & de eorum cùm officio tum motu dicit. Nam quæcunq; sunt in elementari regione, aut sunt simplicia, aut mixta seu composita, Mixta sunt, omnia quæ diuidi possunt in diuersarum specierum partes, ut exempli gratia, prius est res naturalis composita seu mixta ex quatuor elementis, quæ cùm diuiditur, non diuiditur, in pirum & pyrum, imò truncum, & truncum, ramos & ramos, &c. quæ partes omnes inter sese sunt diuersarum formarum, & acquirunt post diuisionem, alias à toto denominationes, quod in quatuor corporibus simplicibus non æquè fieri uidemus. Siquidem aqua aut terra, si diuiduntur, non recipiunt partes diuisionum, alias denominationes à toto, quod clarius est, quàm ut egeat multis uerbis.

—*Sunt autem elementa, &c.*

In hâc definitione, quæ per se non obscura est proposita, hæc sunt potissimũ notanda, nam quãdo dicit (simplicia) uult innuere, alia esse corpora mixta, quæ ex his simplicibus generãtur, & quod in definitione porrò addidit ex quorum commixtione, &c. ostendit esse differentiam inter hæc corpora simplicia, & alia ut est cœlum & stellæ, quæ etiam simplicia dicuntur corpora, sed ex illis nihil generatur tanquam ex materia. Ex his dictis nascũtur duplicia corpora simplicia, quorum alia, ut paulò antè uisum est, nullam mixtionem sustinent, alia uerò sua mixtione mutua, diuersas corporũ species producũt, de his alibi plura dicemus.

Omnia enim præter terram mobilia existunt, quę, ut centrum mundi, ponderositate sua magnum extremorum motum undiq; æqualiter fugiens, rotundę sphæræ medium possidet.

Suprà mentio facta est de elementorũ motu, & cœli, nempe quod duo sint elementa, quorum alterum simpliciter sursum à medio moueatur, alterum autẽ simpliciter deorsum ad medium, alia uerò duo habeant motum respectiuũ, partim ad medium, & partim à mẽdio, de cœli motu mõx dicẽdum erit: sed id quod dictum est, de iam commemoratis motibus tãtum intelligi debet, scilicet, quod tunc haberent istos motus, si essent extra locum suum, sed illis in loco suo existẽtibus, terra excepta, quæ immobilis est, ut asserit autor, alium habent motum, nẽpe circularem. Nam, teste Arist. in primo libro Meth. ignis orbiculariter mouetur motu diurno, quia rapitur ab orbibus ipsum circumdantibus, quod probari potest ex Cometis, & alijs speciebus igneis, ex uapore calido & sicco in eo genitis, & cum tales species ita orbiculariter circumaguntur: concludendũ est, ignẽ moueri orbiculariter. Et cõsimiliter suprema aeris regio rapitur tali motu, quod probant aliæ impressiones in eo genitę, inferiori autem eius regioni laterales insunt motus, sicuti percipimus ex uentorum flatibus. Aqua uerò mouetur motu fluxus & refluxus, secundum Lunę motũ, quæ sex horis fluit & totidẽ refluit, quanto tempore Luna motu primi mobilis, pertransit singulas cœli plagas. Hactenus de elementari regione paucis dixisse sufficiat.

Circa


Circa elementarem quidem regionem ætherea regio lucida, ab omni uariatione, sua immutabili essentia, immunis existens, motu continuo circulariter incedit, & hæc à philosophis quinta nuncupatur essentia. Cuius nouem sunt Sphæræ, sicut in proximo prætactum est, scilicet Lunæ, Mercurij, Veneris, Solis, Martis, Iouis Saturni, stellarum fixarum, & cœli ultimi. Istarum autem sphærarum, quęlibet superior inferiorem sphęricè circundat.

Nunc porrò uertatur animus, dicere breuiter de ætherea regione, quæ (ut suprà diximus) in nouem secatur Sphęras. Sciendum est, sicuti autor ipse etiã meminit luculentissimè, hanc mundi partem, ut optimam, ab omni corruptione esse liberam & immunem, & appellari à Philosophis quintã essentiã, & id propterea, quod quatuor elementa mundum integrant, & quintum est corpus cœleste, quod continuè circulariter mouetur, & hoc quadruplici ratione.

Primò ut conseruet suam perfectionem, siquidem caret omni alteratione primarum qualitatum, & quod alteratur recipiendo lumen, fit perfectiua alteratione. Secundò, cùm cœlum sit causa actiua in hæc inferiora, cuius actio sit potissimum calore, & calor superiorum absq; motu non fit: sequitur necessariò, cœlum semper moueri. Tertiò, etsi concesserit aliquis superiora posse agere absq; motu, tamen experientia docemur, in effectibus non posse, absque motu producere generationem & corruptionem, quæ duo requiruntur ad conseruationem uniuersi. Nam quod motu caret, id semper uniformiter se habet: igitur si cœlum non moueretur, tunc res omnes sese semper eodem haberent modo, quod est impossibile. Quare dandum est, cœlum continuè moueri. Quartò, Vt ex dictis patet, cùm motus cœli sit causa quod hæc inferiora moueantur, & si cœlum non moueretur, nihil rerum ex inferioribus, produceretur. Oportet igitur cœlũ continuè moueri, ut inferiora acquirant motũ, ad cõseruationem uniuersi. *Cœlũ in orbem moueri.*

Quarum quidem duo sunt motus. Vnus est cœli ultimi, super duas axis extremitates, scilicet, polum arcticum & antarcticum, ab oriente per occidentem iterum rediens in orientem, quem ęquinoctialis circulus per medium diuidit. Est etiam alius inferiorum sphęrarum motus per obliquũ huic oppositus super polos suos, distantes à primis xxiij. gradibus & xxxiij minutis.

Iam dictum est cœlum necessariò moueri, nihil nunc amplius restat dicẽdum, quàm quomodo moueantur orbes cœlestes, qui uti experientia nos perdocet, duplici mouentur motu, nempe motu proprio, & alieno seu accidentali. Nam nona sphæra seu ultima, mouetur tantum simplici motu, & regulari ab oriente in occidentem, uti autor attestatur, & hinc rursum in orientem. Motus iste conficitur super polis mundi, & integratur in uiginti quatuor horis. hoc inquam motu, primum mobile secum rapit omnia secunda mobilia seu inferiores sphæras. Cuius rei à quibusdam datur exemplum nòn omnino inconueniens, de naue defluente in flumine, quę secum rapit homines, & alia quę ex animantibus sunt in ea. Hoc porrò motu, omnes sphęrę inferiores singulis diebus semel circa terrã circũaguntur, nẽpe per accidens. Cæterũ huic motui primo, contrà nituntur suo motu omnes sphęrę inferiores, motibus suis proprijs ab occidente in orientẽ, & hinc iterũ ad occidentẽ, non secus ac homines, qui in naui sunt, & progrediunt in orientem mota, scilicet naui in occidentẽ, hic motus fit super polis eclypticæ. *Duplex cœlestiũ orbiũ motus.*




Et cùm generatio & corruptio inferiorum pendeat (uti diximus Paulò antè) à superiorum motu, quem summus rerum opifex, ut generationes & corruptiones, ritè & suis temporibus fiant uoluit esse diuersum, & diuersis sphæris integrari, quarum aliquot tarde & aliquot uelociter suos perficiunt motus, tum in longitudinem, tum in latitudinem in utrasq; mundi partes, sed motus eorum accidentalis, qui est motus raptus, uelocissimus est. Et ni stellæ erraticæ modò propinquiores, modò remotiores fierent à terra, & modò in hanc, ac modò in illam deflecterent, à uia solis, pariter hæc inferiora semper uniformiter sese haberent, quod esset inconueniens.

Sed primus omnes alias Sphæras secum impetu suo rapit intra diē, & noctem circa terram semel, illis tamen contra nitentibus, ut octaua Sphæra in centum annis gradu uno. Hunc siquidem motum secundū diuidit per medium zodiacus, sub quo quilibet septem Planetarum Sphæram habet propriam in qua defertur motu proprio contra cœli ultimi motum, & in diuersis spacijs temporū ipsum metitur, ut Saturnus in XXX annis. Iupiter in XII. Mars in duobus. Sol in CCCLXV. diebus & VI. horis ferè. Venus & Mercurius similiter ferè cum Sole. Luna uerò in XXVII. diebus & octo horis.

Qua ratione secunda mobilia, primo motui cōtra niti queant.

Ista ostendunt in quot annis quæuis Sphæra suū absoluat motū, quæ quidem, tam clara sunt proposita, ut uideantur nihil opus habere uerbosiore explicatione: nisi quem torqueat, quomodo possibile sit, secunda mobilia suo motu contraniti motui primi mobilis, ita ut ei nihil contrarietatis obuiare possit, neq; impediri. Hoc facilè est resolutu, si rectè consideraueris, quæ sit ratio motus recti, & motus circularis: horum alter est determinatus seu finitus, & alter indeterminatus ac infinitus: Motus rectus est sursum aut deorsum, & hæ duæ differentiæ motus sibijpsis contrariantur, & non potest fieri, ut duo corpora aut plura istis motibus determinatis moueantur, ita ut non contrarientur sibi & impediantur. sed in circulari motu, qui infinitus & indeterminatus est, nihil obstat, quin proprijs motib. diuersæ Sphæræ moueantur, alia in ortū ab occidente, & alia in occidentem ab oriēte. Quod ex materiali Sphæra, cui alia subest, mota in polis zodiaci, in quibus secundorū mobiliū motus conficitur, ab occidente in orientē, facilè datur intelligi, si illa circumagitur super polis uniuersi ab oriente in occidentem, & alia super polis zodiaci in contrariū. Hoc utcunq; subiecta figura, in plano demonstrare libet. Esto m f n g primū mobile, f g puncta, sint duo poli mundi, f h g axis mundi, h centrū uniuersi. Intelligatur primū mobile moueri à puncto m, in punctum n, & rursus ab eodē puncto



punctõ n. in punctũ m, super polis f & g: hoc est, ab oriente in occidentem. & ab eodem occidente iterum ad orientem, rapiens secum nouam Sphęram, quæ ei inseritur in polis zodiaci, k l. Super his polis imaginetur nona Sphęra l q o p, moueri ab occidente in orientem, & inde iterum in occidentem redeundo, contra primum mobile, ab l in o, & a b o iterũ in l, motu proprio. Et quamuis primum mobile circumducat secum, in polis f g motum, omnia secunda mobilia: tamen nihil obstat, cum motus circularis sit indeterminatus, quin motu contrario ab occidente in orientem, liberè ac sine omni impedimento, suum possint conficere circulum.

Iste motus primis hominibus ita cognitus est. Nam uiderunt solẽ, ac reliquas stellas erraticas, & etiam fixas, ortus & occasus suos ultrò citroq; in horizonte mutare. & non semper, existentibus illis in meridiano, eundem ad uerticem seruare accessum aut recessum. Quod si non aliter, & in alijs polis mouerentur, ac primum mobile, fieri non possit. Idem hoc ex stellis fixis obseruare potuerunt; siquidem cum uiderunt aliquam ex erraticis congressum cum fixa, deprehenderunt illam, lapsis aliquot diebus, ab eadem recessisse uersus ortum, unde collegerunt planetis seu secundis mobilibus, diuersum inesse motum, à primo mobili, ei nimirum contrarium, & in alijs polis.

D E C Œ L O.

Cœlum moueri circulariter, & esse figuræ sphæricæ.

QVod autem cœlum ab oriente in occidentem uoluatur, signum est: Stellæ quæ oriuntur, in oriente semper eleuantur paulatim, & succesiuè, quousq; in medium cœli ueniant, & sunt semper in eadẽ propinquitate & remotione ad inuicem, & ita semper se habentes, tendunt in occasum continuè & uniformiter.


Est etiam aliud signum: Stellæ quę sunt iuxta polum arcticum, quę nunquam nobis occidunt, mouentur continuè, & uniformiter circa polum describendo circulos suos, & semper sunt in æquali distantia ad inuicem & propinquitate. Vnde per istos duos motus continuos stellarum tam tendentium ad occasum, quàm non, patet, quod firmamentum mouetur ab oriente in occidentem.

Quamuis ex iam commemoratis satis superq; manifestum sit, cœlum moueri motu circulari, ab oriente in occidentem: tamen ne quid dubij restet, nunc duabus propositionibus approbaturus est, qualitatem motus primi mobilis. Primò quòd sit circularis motus cœli ab oriente in occidentem: secundò quòd cœlum sit Sphęricę figurę. Maximè refert scire, qualitatẽ motus primi mobilis, & quòd cœlum sphæricæ sit figurę, pro uera Astronomiæ assertione, hoc est, apparentiũ saluatione. Quòd autem cœlum moueatur ab oriente in occidentem, duabus rationibus ab autore probatur, quarum altera sumitur à stellis illis, quæ oriũtur & occidunt, ut sunt, exempli gratia, cor leonis, spica uirginis, canis maior, ac minor, & alię complures, quę Modinæ, ubi D. Ferdinandus Imp. Romanorum potentissimus, natus est, & occidunt & oriuntur. Quia uidemus eas oriri in loco, & paulatim supra horizontem eleuari & ad medium cœli tendere, quò cum peruenerunt, incipiunt paulatim descendere, donec perueniunt ad horizontem

Cœlũ ab oriẽte in occasum moueri, duabus rationibus docetur.


 ubi

ubi occidunt, & aliquandiu latent sub terra: deinde iterum in ortu se nostro aspectui offerunt, sicuti uidere est in figura consequenti.



Sit a oriens, c meridies, b occidens, k f globus terræ, a e b horizon. Stellæ quæ sunt apud a, dicuntur oriri, & cùm motu primi mobilis perueniunt ad punctum c: deuenerūt ad maximam eleuationem ab horizōte a e b, nempe mediū cœli, unde postea paulatim deuoluuntur ad punctum b, ubi occidunt, & iterū per punctum d tendunt ad ortum, scilicet a, ut antea, & retinent interim inter se semper eandem habitudinem, ac eandem distantiā à terra, tali motu quoad nos. Hinc conuincimur, cœlum in quo sunt, circulariter moueri.

Altera uerò ratio, probandi cœli motum ab oriente in occidentem, desumitur à stellis semper apparentibus, & nunquam sub horizontem submergentibus, uti sunt stellæ propinquæ polo septentrionali. Esto iterum b f g d primū mobile, quod mouetur super polis a h, ab oriente in occidentem, redeundo iterum in orientem, a polus septentrionalis, h meridionalis, d f horizon obliquus Modinæ ciuitatis, regni Castiliæ, in qua D. Ferdinandus Imp. Romanorum inuictissimus, natus est, in ea inquam ciuitate, stellæ, quæ sunt circa polum septentrionalem a. nunquam sub horizontem d f, supprimū tur, imò describunt circulos motu primi mobilis, qui nullibi horizontem secant aut tangunt, uti est pars circuli c b, & earum remotiores à polo, describunt propinquioribus circulos maiores. Hæc intuenti cœlum sunt adeò manifesta, quòd superuacaneū fore arbitramur, plura addere uerba.



Quod autem cœlum sit rotundum, triplex ratio est, similitudo, cōmoditas, & necessitas. Similitudo enim, quoniam mundus sensibilis factus est, ad similitudinem mundi Archetypi, in quo nec est princi-

pium

pium nec finis. Vnde ad huius similitudinem factus mundus sensibilis, habet formam rotundam, in qua non est assignare principium neque finem.

Cœli figurā Sphæricam existere.

Precedentibus ritè approbatis, nunc consequens est, alterā propositionem, quā cœli rotunditas, seu quod sit Sphæricum approbatur, paucis illustriorem reddere, quod tribus argumentis, autore teste, fit euidens. Primū eorum deductum est à similitudine, alterum à commoditate, tertium autem à necessitate.

De primo argumento paucis hæc dicta uolumus. Quoniam consonum est, ut effectus assimiletur suæ causæ, & hoc quoad possibile est, & quò magis ei assimilabitur, eò ipsa propius ad perfectionem accedit. Cœlum, hoc est, mundus ipse, est effectus Dei, attestantibus id sanioribus philosophis, & etiam Christianis fidelibus; ideò æquum est, ut similis sit suæ causæ, hoc est Deo ipsi. Causa ipsa est infinita, & figura & uigore: igitur & effectus, nempe cœlum ipsum. Et non est perfectior figura quā Sphærica, in qua nullus est angulus, neq; initiū, neq; finis.

Argumentū primum.

Et cum cœlum sit perfectum, aut proximè ad perfectionem accedat, propter suam causam: conueniens est ratione similitudinis, ut habeat figuram rotundam seu Sphæricam, quia factum est, ut innuitur ex dictis, ad similitudinem Archetypi, hoc est, Dei principis, qui est omnium rerum causa perfectissima, absq; fine, & absq; principio. Hactenus de primo argumento.


Commoditas, quia omnium corporum Isoperimetrorum Sphæra maximum est, omnium etiam formarū rotunda capacissima est, quoniam igitur maximum & rotundum, ideo capacissimum, unde cum mundus omnia contineat, talis forma fuit illi utilis & commoda.

Secundum argumentū.

Quoniam rationibus euidentissimum est, quod naturæ fugienti peccatum, in rebus omnibus commoditas maximè placet: huic cum cœlum debuit omnia comprehendere atq; includere, attribuit ei figuram talem, quæ foret omnium capacissima, nempe sphæricam, quæ (ut & hoc dicam) non tantum capacissima est, uerumetiam pro uelocitate & regularitate motuum aptissima. Nam Sphæra mota circa centrum suum, nihil penitus resistentiæ habet, ad quamcunq; positionum differentiam contuleris, cuius quęuis pars, sibi uicinæ partis locū subintrat, nullo extrinseco corpore resistente.


Corpora Isoperimetra quæ sint.

Corpora Isoperimetra sunt illa, quę mensurabilia sunt una mensura circulari, uel, quorum anguli communem ambitū capiunt, quod uidere est, quando circulo inscribuntur triangulæ, quadrangulæ, & pentagonę figuræ regulares, sicuti apparet in figura adiecta: in qua est trigonus, tetragonus, & pentagonus, harum figurarum inscriptarum anguli omnes, capiunt communem ambitum, scilicet circuli peripheriam.



Quod autem circularis figura inter Isoperimetras figuras sit capacissima, & similiter corpus sphæricum: id ex precedenti figura facile uidetur, in qua triangulus, qui habet (cunctis reliquis figuris quęcunq; illæ sunt, sphæricis demptis) pauciores lineas, seu latera pauciora,

ra, maximè recedit à perfectione circuli, & per conſequens minorem complectitur aream, & eſt etiam figurarum omnium circulo inſcriptibilium minima. Reliquæ uerò, quò pluribus conſtant lateribus, eò capaciores ſunt ac perfectiores, circuloq; propiores. Nam quadratum capacius eſt triangulo, & pentagonus quadrato. Et dum inter lineam rectam, & lineam curuam ſit differentia maxima, ex definitione lineæ rectæ, quæ eſt inter duo puncta breuiſsima extenſio, & non recipit minus & maius, ſicut curua (quia oculis ipſis uidemus, ſi datur curua linea, quod aut rectior, aut magis curua ei dabilis eſt, ut linea a b ſit recta, a h b curua, a i b rectior quàm a h b, & a g b, magis curua quã illa, non dari poteſt aliqua figura iſoperimetra, ex rectis lineis conſtituta, etiamſi haberet latera plura, quã humanus ſenſus imaginando comprehẽdere poteſt, quæ iã capax foret, ac figura circularis aut rotunda. Quare non immeritò natura fugiens peccatum, & uolens cœlum cuncta cõprehendere: elegit ſibi figuram rotundam, quod iam dicere paucis placuit.





Neceſsitas, quoniam ſi mundus eſſet alterius formæ quàm rotundę, ſcilicet trilateræ, uel quatrilateræ, uel multilateræ, ſequerentur duo impoſsibilia ſcilicet, quod aliquis locus eſſet uacuus, & corpus ſine loco, quorum utrunq; eſt falſum, ſicut patet in angulis eleuatis & circumuolutis.

Item ſicut dicit Alfraganus, Si cœlum eſſet planum, aliqua pars cœli eſſet nobis propinquior alia, illa ſcilicet, quę eſſet ſupra caput noſtrũ igitur ſtella ibi exiſtẽs eſſet nobis propinquior, quàm ſtella in ortu uel occaſu. Sed quæ nobis propinquiora ſunt, maiora uidentur, ergo Sol uel alia ſtella exiſtens in medio cœli maior deberet uideri, quàm in ortu exiſtens uel in occaſu. Cuius contrarium uidemus contingere, maior enim apparet Sol, uel alia ſtella exiſtens in oriente, uel occidente, quàm in medio cœli.

Ex neceſsitate ſequuntur duo inconuenientia, quæ eſſe prorſus non poſſunt, alterum nimirum, ſi cœlum foret figuræ angularis, quod daretur uacuum ſine corpore, & eſſet corpus ſine loco: quod à natura rerum penitus alienum eſt. Quare cœlum non poteſt eſſe alterius (dum omnia complectitur) figuræ, quàm rotundæ. Alterum uerò eſt, quòd oporteret ſtellas in meridie, ſi cœlum foret trilateræ aut quadrilateræ figuræ, propter maiorem appropinquitatem ad terram, maiores apparere quàm in ortu aut occaſu. Sed uidemus contrarium contingere, propter cauſas in textu recenſitas, de quibus mox plura dicemus. Ergo cœlum rotundum neceſſarium eſſe oportet. Hæc in figuris conſequentibus clara ſunt. Intelligatur angulus b, & ſic reliqui, in triangulari figura, ſuper centro r moueri uſque ad f: tunc priora loca relinquentur uacua, & b a f e d c anguli, intrabunt in non locum. Idem intelligendum eſt de quadrangulari figura à quibus natura abhorret. De altera parte neceſſitatis, intelligatur triangulus i h k. Ex Optica ſententia, ſcilicet. Quæ ſub maiori angulo apparent.








parent, maiora sunt, & quę sub minori, minora: deberet stella sub g, aut f, hoc est, circa ortum existente in puncto e maior apparere, quàm ea quę est in puncto h, utpote in ipso meridie. Quia si intellexeris lineam ex a, aut e, ad punctum g, aut f: illa erit multò breuior, quã ea quæ protenditur ad h punctum, & per consequens, stella in g aut f, deberet ob propinquitatem maior apparere ea, quæ est in h: sed fit contrà. Idem cõtinget in alijs figuris, excepta circulari.

Sed cùm rei ueritas ita non sit, huius apparentiæ causa est, quod in tempore hyemali uel pluuiali, uapores quidem ascendunt inter aspectũ nostrum & Solem, uel aliam stellam, & cum illi uapores sint corpus diaphanum, disgregant radios nostros uisuales, ita, ut non comprehendant rem in sua naturali, & uera quantitate, sicut patet in denario proiecto in fundum aquæ limpidæ, qui propter similem disgregationem radiorum apparet maioris, quàm suæ ueræ quantitatis.


Pulchrè ipsemet autor soluit dubium, quare Sol, & alia quęuis stella, in oriente uel occidente maior appareat, cùm tamen reipsa non ita sit: adducit etiam caussam ob quam hoc contingat. Suprà confirmatum est, ex Opticorum sententia, quòd propiora semper sub maiori appareant angulo quã remotiora. Hac sententia, possumus etiam in hac postrema parte, probationis rotunditatis cœli seu mundi, commodè uti. Nam constat (sicuti etiam mox demonstrabitur) ex Opticorum assertionibus, quòd ob disgregationem radiorum, qui è nostro prodeunt oculo ad stellam uisam, quòd ea non in suo loco, ubi reuera est, nobis appareat,

imò

imò propior, & ſub maiori angulo & propterea etiam maior, inquiunt enim Optici: Rem uiſam exiſtentem in diaphano denſiori quã ſit oculus, neceſſe eſt maiorem apparere, quã ſit, &c. Non offendaris, nos transferre ad globoſam ſuperficiem, quod ipſe de plano intelligunt, nihil enim ſcrupuli inde naſcetur.



Et ut res clarior euadat, addatur figura, in qua a, ſit oculus, e f d ſtella in oriente, & in ſuo loco uerò, quæ ſub angulo e a d comprehenditur, uideturq́ ſecundum radios directos, quando non in diaphano denſiori fuerit quã oculus. Cæterùm ſi humor interijcitur, ut eſt n m o p: tunc d e f ſtella, propior apparet, utpote ſub angulo c a b maiori, & ideò maior, quia radij uiſuales a c, & a b, qui rectà deberent excurrere ad puncta d, e, propter interiectu humorem, inter oculum noſtrũ & ſtellam uiſam: diſgregantur in punctis dictis, & efficiunt, ut ſtella & propior & maior appareat. Ab hoc nõ abludit exemplum, ab autore, de denario in aquã proiecto, datum. Sit igitur a, denarius extra aquam, ſub angulo g c f comprehenſus, & b idẽ denarius, qui propter dictas cauſas, apparet in aqua maiore, nempe ſub angulo l c k. Hactenus de argumentis, quod cœlum ſit ſphæricæ figuræ.



DE TERRA.

I.

Terram cum aqua globum conſtituere.

QVod terra ſit rotunda patet ſic: Signa & ſtellæ non æqualiter oriuntur & occidunt omnib. hominibus ubiq; exiſtentibus, ſed prius oriuntur & occidunt illis, qui ſunt uerſus orientem, Et quod citius, & tardius oriuntur & occidunt quibuſdam, cauſa eſt tumor terræ, quod

quod bene patet per ea, quæ fiunt in sublimi. Vna enim & eadem eclipsis Lunæ numero, quæ apparet nobis prima hora noctis apparet orientalibus circa horam noctis tertiam. Vnde constat, quod illis prius fuit nox, & Sol prius eis occidit, quàm nobis. Cuius rei causa est tantùm tumor terræ.

Et priusquã inchoaturus est tractationem de circulis, commodum uisum est autori, adhuc aliquot propositiones, de elementari regione, in medium proferre, quarum numero quatuor sunt: prima, terram & aquam Sphæricæ esse figuræ. Secunda, terram esse centrum mundi, & respectu firmamenti esse instar puncti. Tertia, Terram esse immobilem. Quarta, quantitatem terræ esse finitam & absolutam. Has quatuor propositiones, licet per se sint manifestæ, tamen cùm tyronibus Astronomicæ disciplinæ, etiam facilia plerunque, obstaculo esse solent, & uerbis & figuris clariores reddere uolumus. Non equidem temerè factum est ab autore, quod primùm omnium astruit, terram esse unà cum aqua, tam ab ortu ad occasum, quã à septentrione in austrum, Sphæricam, non secus ac Ptolemæus & alij complures senserunt. Siquidem non pauci fuerunt qui contrariam partem sequuti sunt, nempe terram esse planæ figuræ. An hoc factum sit quadã pertinatia, aut simplicitate: non est huius loci multa de hac re dicere. Sed hoc nõ pretereundum censeo, nempe quis primùs fuerit philosophorum, qui cœperit de sphæricitate tam cœli quã terræ disserere. Apud Diogenem Laertium, libro nono, de uitis philosophorum legitur, quod Parmenides Piretis filius, Xenophanis auditor, primus fuerit, qui dixerit terram esse rotundam ac globosam, & in medio uniuersi sitam. Contra hanc assertionem, ueritati maximè consonam (sicuti audietur in his quæ sequũtur) acerrimè inuectus est Lactantius, alias uir & Latinissimus, & grauissimus, suis argumentis, quibus ethnicorum idolatriam subuertere conatus est, conatusque suis non malè successit. Hic inquam, mirum in modum offensus est, quòd astrorum periti asserebant, in orbe terrarum Antipodes esse. Et dum putat huius erroris, ut ipse loquitur, originem aperire, in maximos incurrit errores: quòd ex suis argumentis, qui uel mediocriter in Mathematicis uersatus est, facillime colligere potest. Et ut deuitem liuorem maleuolorum, eius uerba, quibus putat se Antipodum & terræ rotunditatem refellere, huc adscribere placet, quæ extant libro tertio falsæ sapientiæ, scilicet. Quæ illos ad antipodum ratio perduxit? Videbant syderum cursus in occasum meãtium: solem atque lunam in eandem partem semper occidere, atque oriri semper ab eadẽ. Cum autem non perspicerent, quæ machinatio cursus eorum temperaret, nec quomodo ab occasu ad orientem remearent: cœlum aut omnes partes putarẽt esse deuexum, quod sic uideri immensam latitudinem necesse est: existimauerunt rotundum esse mundum, sicut pilam, & ex motu syderum opinati sunt cœlum uolui, sic astra, solemque cùm occiderint, uolubilitate ipsa mundi ad ortum referri, &c. Item: Igitur cœli rotunditatem illud sequebatur, ut terra in medio sinu eius esset inclusa. Quod si ita esset, terram etiam ipsam globo similem: neque enim fieri posset, ut non esset rotundum, quòd rotundo conclusum teneretur, &c. Quod si propter immensam latitudinem hæc apparere necesse sit, ut ipse (quod absque offensione tanti uiri dixerim) asserit: sequitur necessariò, eadem sidera, in ijsdem lineis rectis, iam porrò, iam retrò moueri. alias fieri nequit, ut sydera ad ortum, ubi ea semper oriri uidemus, perueniant: quo nihil uanius est creditu. Sed hæc in sequentibus manifestiora reddemus. Argumenta autem, quæ deinde adducit, ad cõfutandam Antipodum rationẽ, infra suo loco pulchrè & rectè, sicut uidebitur, diluemus. Hic locus Lactantij non requirit aliud, quàm ut cõfutetur

Terrã cum aqua esse rotundæ figuræ.


Parmenides primus rotũditatis terrestris assertor.

Lactantij lapsus.

sydera

ſydera nobis non euaneſcere in occaſu, ob immenſam latitudinem, ex quo (ſi detetur) innumerabiles errores ſequerentur. Primum argumentū, quo terræ globoſitatem probat, tam ab oriente ad occidētem, quàm ab aquilone in Auſtrum, deſumptum eſt ab appatentijs, hoc eſt, ortu & occaſu ſyderum, item ab eleuatione ſyderum ſupra horizontem euntium, ab æquatore ſeptentrionem uerſus, & depreſsione oppoſitorum ſub horizontem, in parte aduerſa. Quod ſi cœlum foret aliter diſpoſitum quàm ſphærica figura, fieri nequaquā poſſit. Huius rei euidentiſsimum ſumitur exemplum, ab eclypſibus lunaribus, quæ obſeruantur in diuerſis locis, ita quod alter altero ſit orientalior. Verbi gratia, quidam (anno 1547. quo D. Carolus quintus, Imp. Romanorum inuictiſsimus, Gandaui Flandriæ natus, & D. Ferdinandus Imp. Romanorum potentiſsimus Modinæ, Germani fratres, uictoriam contra hoſtes ſuos fœliciter obtinuerunt in Germania) obſeruauit Viennæ Auſtriæ eclypſim lunarem, quę mihi uiſa eſt illi maxima, die 28 Octobris, hora 4, m̄ 21. à medio noctis. Alius uerò eandem obſeruauit Gandaui in Flandria, & reperit eam maximam eodem die, hora 5, m̄. 25 à medio noctis. Vienna Auſtriæ, diſtat à meridiano fixo, 35 grad. 8 m̄. & Gandauum 19 grad. 8 m̄. ab eodem meridiano fixo, ſi modò tabulę non fallunt. Hinc liquet, Viennæ citius, ob terræ tumorem, incepiſſe noctem, ſiquidem oriētalior eſt, quàm Gandaui: ſpatio 1 hor. 4 m̄. quod non ob aliam rem fit, quàm quod Sol, propter dictā cauſam, Viennæ citius occiderit quàm Gandaui. Non cogitandum eſt, hoc re ipſa contingere, imò tantum ob computationem: quia eclypſis Lunæ, uno & eodem tempore fit omnibus, à quibus Luna uidetur in orbe terrarum.

Ortus & occaſus ſyderū, nec non eclypſes ☾. terræ globoſitatem probāt.



Et ad euidentiorem rei elucidationem, ſubijciatur talis figura. In qua a ſit centrum uniuerſi, b k l globus ex terra & aqua conſtitutus, q p s deferens corpus ſolare, t x deferens corpus Lunę, t locus Lunę, & s locus Solis, n a m horizō illius, qui

qui Viennę Pannoniæ obseruauit dictam eclypsim, r, locus obseruantis, & o a p horizon obseruantis Gandaui Flandrię k locus illius. Plagę mundi per se notæ sunt. B q c conus umbræ, qui motum primi mobilis sequitur, hoc est, quando Sol in occasu, motu primi mobilis, sub horizontem occidentalem deprimitur: tunc umbræ conus in oriente, nempe nox ipsa, proportionaliter ascendit supra horizontem orientalem, & paulatim appropinquabit meridiano, & hinc ad occasum, ubi euanescit iterum, ob Solis supra terram exortum. Mouetur etiam (sicuti alibi à nobis dictum est) alio motu, puta, secundum motum Solis in opposito eius, ab occidente ad orientem. Hæc diligenter memoriæ sunt imprimenda, alias nihil rectè de uerbis autoris intelligetur. Nunc porrò imaginetur motus coni umbræ, à punctis n & o, in figura præmissa, ad punctum q, ubi utrisq; tam habitanti scilicet in puncto k, qui obseruauit dictam eclypsim Gandaui, in loco occidentaliori, quàm habitanti in puncto r, nempe obseruanti Viennæ superioris Pannoniæ, uisa est eclypsis Lunæ, quę tum erat in puncto t sui deferentis maxima. Et si nunc uerteris oculos tuos ad arcus, scilicet c r, & c k, in quibus utrisque obseruatoribus nox erat, uidebis quod obseruans in r, habuit plus temporis noctem, quàm ille qui in k suam habuit obseruationem. Siquidem arcus c r, longior est arcu c k, quorum prior ex superiori numeratione est 12 Hor. 37 m̃. & posterior 11 Hor. 33 m̃. quod manifestum euadet, si diligentius consideraueris tempus eclypsis & horum arcuum differentiam, ut est arcus r k, est 1 Hor. 4 m̃. Hinc etiam constat, quòd orientaliori Sol citius orietur, ac citius nox finem habebit, quàm occidentaliori, quòd nullo modo fieri deberet, si ipsa terra nõ esset rotunda ab oriente in occidentem.

Vmbra terræ rotunditatem eius arguit.

Insuper etiam conuincitur terræ rotunditas ex optica doctrina. Nam in opticis inquiunt. Vmbrosum sphæricum luminoso minus, umbram proijcere pyramidalem. Sit igitur in pręcedenti figura umbrosum b l c minus, luminosum autẽ e f d maius, b q c umbra pyramidalis. Sed quod umbra terræ sit pyramidalis, id uel inde uerum esse constat, quod eclypses lunares, contingentes in ijsdem locis zodiaci, & habentes easdem distantias à capite uel cauda draconis, non sunt (quatenus longa experientia, tam ueteres quàm neoterici Astrorum contemplatores, edocti sunt) eiusdem durationis, cuius uariationis nemo hactenus meliorem atq; adeò euidentiorem asignare potuit causam, quàm quòd umbra terra sit pyramidalis rotunda, & si esset alterius cuiusdam figurę, iam dicta nequaquam fieri possent, Et cum constet umbram esse rotundam ac pyramidalem, sine dubio opacum illud, ex quo causatur, est rotundum, nempe ipse terræ & aquæ globus.

Quod etiam terra habeat tumorem à septentrione in austrum, & econtra, sic patet. Hominibus existentibus uersus septentrionem, quædam stellæ sunt sempiternę apparitionis, scilicet, quę propinquę accedunt ad polum arcticum, alię autem sunt sempiternę occultationis, sicut illę, quę sunt propinquę polo antarcticô. Si igitur aliquis procederet à Septentrione uersus austrum, in tantum posset procedere, quod stellę, quę prius erant ei sempiternę apparitionis, ei iam tenderẽt in occasum, & quanto magis accederet ad austrum, tanto plus mouerentur in occasum. Ille idem homo posset uidere stellas, quę prius fuerant ei sempiternę occultationis. Et econuerso contingeret alicui procedenti ab austro uersus septentrionẽ. Huius autẽ rei causa est tantũ tumor terrę

Item

Item, ſi terra eſſet plana ab oriente in occidentem, tam citò orirentur ſtellę occidentalibus quàm orientalibus, quod patet eſſe falſum.

Item, ſi terra eſſet plana à ſeptentrione in auſtrum & econtra, ſtellæ quę eſſent alicui ſempiternæ apparitionis, ſemper apparerent eidem quocunq; procederet, quod falſum eſt. Sed quod plana ſit, prę nimia eius quantitate, hominum uiſui apparet.

Terram non tam ortu in occaſum, quã ab Auſtro in Boreã rotundã eſſe Stellas, quò ad ortum & occaſum in triplici eſſe differentia.

Hactenus paucis utrunq; aſtruximus, terræ ſphæricitatem ab oriẽte. Iam deinceps reſtat altera pars primæ propoſitionis elucidanda; nempe quod non ſit inſtar tympani, imò potius ex omni parte ſui globoſa. Ad confirmandum autẽ eius rotunditatem à ſeptentrione in meridiẽ, ſumit argumentum à ſtellis tam apparentibus quàm non apparentibus. Sciendum eſt, quod ſtellæ, quantum ad apparitionem, in triplici differentia ſint, alię ſemper apparent habitantibus ab ęquatore uerſus ſeptentrionem: aliæ iam apparent, & iam diſparere incipiunt: alię uerò nunquam ad aſpectum eorum ueniunt. De ſemper apparẽtibus, ſunt gratia exempli illæ, quę ſunt in urſa uel minori, uel maiori, & multę alię non longè ab illis remotę. De modò apparentibus, & modò non, eſt Arctophilax, oculus tauri, canis, &c. quas uidemus apud nos & occidere, & rurſus oriri. Sed de illis, quæ ſemper horizontem fugiũt, ſunt canopus ac aliæ complures, in naui exiſtentes. Cùm igitur ſtellæ modò appareant, & modò non appareant, ſecundum quod quis accedit ad polum arcticum, aut ab eodem uerſus meridiem recedit: fieri non poteſt, quin concedamus ultrò, terram eſſe ſphęricam à ſeptentrione ad meridiem. Quod ni eſſet, dubio procul, ſtellæ omnes, quæ eſſent ſempiternæ apparitionis, ſemper apparerent, quocunq; procederet, ſiue ad polum ſiue à polo.



Hæc in ſubiecta figura clariora redduntur. Sit exterior circulus cœlum ſtellatum, c b k orbis ex aqua, & terra conflatus, h centrũ eius. a b f horizon habitantis in puncto c, & d h g eius horizon, qui habitat in pũcto b. Priori nunquam oriuntur ſtellæ, quæ ſunt in arcu f g, & quę ſunt in a d, nũquam occidunt: reliquę uerò nunc oriuntur, nunc occidunt. Poſteriori autem, cuius horizon eſt d h g, qui multò meridionalior eſt priore, ſtellæ exiſtentes in a d arcu, ſunt ſempiternæ occultationis, & quæ ſunt in f g, nunquam ſe illius aſpectui offerunt: reliquę iam uidentur illi, iam non uidentur. Hinc liquet, intentum authoris uerũ eſſe, & nihil habere loci, quo quis contrarium aſſerere poſsit. Cæterum tùm mare ipſum ſit immenſæ quaſi magnitudinis, dubitari poteſt: an accedat unà cum terra, ad ſphęricam figuram. Hoc dubium, quod eſt tertia ac ultima pars, primę propoſitionis, deinde excutiendum reſtat.


Quòd

Quòd autem aqua habeat tumorem, & accedat ad rotunditatem, sic patet: Ponatur signum in littore maris, & exeat nauis à portu, & in tantum elongetur, ut oculus existentis iuxta pedem mali non possit uidere signum, stante uerò naui, oculus existentis in summitate mali, bene uidebit signum illud. Sed oculus existẽtis iuxta pedem mali, melius deberet uidere signum, quàm qui est in summitate mali, sicut patet per lineas ductas ab utroq; ad signum, & nulla alia huius rei causa est, quã tumor aquæ. Excludantur enim omnia alia impedimenta, sicut nebulæ & uapores ascendentes.

Item cùm aqua sit corpus homogenum, totum cum partibus erit eiusdem rationis, sed partes aquæ (sicut in guttulis & roribus herbarũ accidit) rotundam naturaliter appetunt formam; Ergo & totum, cuius sunt partes.

Duabus rationibus autor probat aquam unà cum terra globosum cõstituere corpus, hoc est, aquam etiam rotundæ esse naturæ. Harum altera sumpta est à signo in littore maris posito, & ab nauigantibus ab eodem signo posito, aut ad nauigantibus: altera autem desumpta est ab homogeneis corporibus. Nam nauigantes in medio pelago, aliud quàm mare & cœlum non spectant: inde ad littus accedentes, paulatim montes, arces, scopulos, quasi ex aqua surgentes uident. Ad hæc, Sol, altissima quæq; habitantibus, primũ oritur, postremumq; occidit. Huic rei accedit, quod ex locis editioribus, & amplius & ulterius maris spacium aspectui nostro offertur, quàm in humiliorib. Ex his certò colligere licet, quod superficies aquæ sit gibbosa, huius rei mox dabimus figuram, prius tamen explicata ratione, de homogeneis. En experientia nos perdocet, quod pars imitetur totum. cuius rei capiatur similitudo, ex guttis aquæ, quæ quantumuis sint paruæ, tamen proiectæ in pannum siccum, conuoluuntur in sphæricam seu gibbosam figuram, quod sine dubio non haberet fieri, ni pars sequeretur naturam totius sui generis. Hoc clarius est, uel apud imperitos, quàm ut longa disputatione sit confirmandum. En figura paulòante promissa, in qua intelligatur nauis a, accedere ad signum c, in qua existens in pũcto a, hoc est, in ipsius nauis profunditate, non potest uidere signũ positũ in c, propter aquæ tumorẽ exultan-

Argumentã aquæ siue marium glóbositatẽ probantia



tem.

tem. Cæterum qui est in sumitate mali, nempe in puncto b, sine omni impedimēto signum dictū uidere potest. Idem hoc in terra, utpote à puncto d, contingere posse, nemo affirmabit nisi mente captus. Et priusquam ad alia transeamus, uideo scrupuli nonnihil oriri etiam peritis, sicuti contigit Lactantio, uiro aliàs nulli secundo: quomodo possint imaginari iam dicta, quem scrupulum prius excutere, non inconueniens esse iudico.

Quòd autem terra atq; mare non statim & rotunda, & gibbosa appareant, cū tamen (sicuti hactenus copiosè dictum est) rotundæ sint, non mirum est. Siquidem constitutus super aliquo colle, circumspiciens quicquid tibi tam de terra, quàm de mari, ad aspectum tuum se offert, & illud collatum ad totam magnitudinem, tantillum est, ut nequeas aliquid curuaturæ perpendere. Et ut assequaris hanc gibbositatem: imaginare de magno circulo, qui habeat circumferētiam in ambitu, mille passuum, abscindi bipedalem partem, aut quadripedalem: certum est, quod nihil in ea flexi aut curuaturæ perpendere queas, imò dictam partem esse rectam. Et quod de circulo dico, etiam de globo intelligi debet. Et quemadmodum hoc fit in globi maximi parte: ita etiam idem animaduertere poteris in mari ac terra, in quibus ob nimiam magnitudinē, nihil curuitatis aut gibbositatis apparet. Quid multis? hæc facillimè intelliges, si semper memoria tenebis, quæ suprà dixi, nempe quòd nostra magnitudo comparata ad terram, non secus sit insensibilis quantitatis, ac terra comparata ad uniuersum.

Si quem torquet quod multi sint in terra mōtes altissimi, & ualles profundissimæ, quibus impediatur terræ rotunditas: ille cogitet, montes & ualles nihil causare uarietatis collata ad terræ magnitudinem, quemadmodum rimulæ in magnis globis dehiscentes, de illorum rotunditate nihil sensibiliter auferunt.

Terræ rotunditas in tanta montium conuallium'q; multitudine, quomodo cōstare poßit.

II.

TERRAM ESSE CENTRVM MVNDI, HOC EST, IN MEDIO VNIuersi sitam, *& uelut punctum respectu firmamenti esse, immobilem'q; consistere.*

Quod aūt terra sit in medio firmamēti sita, sic patet. Existētib. in superficie terræ, stellæ apparēt eiusdē quātitatis, siue sint in medio cœli, siue iuxta ortū, siue iuxta occasū, & hoc ideo, qa ęqualiter terra distat ab eis

Si enim terra magis accederet ad firmamentum in una parte quàm in alia, sequeretur quod aliquis existens in illa parte superficiei terræ, quæ magis accederet ad firmamentum, non uideret cœli medietatem.

Sed hoc est contra Ptolemęum, & omnes Philosophos, dicentes, quod ubicunq; existat homo, sex signa ei oriuntur, & sex occidunt, & medietas cœli semper apparet ei, medietas uerò occultatur.

Illud idem est signum, quòd terra sit tanquam centrum, & punctum respectu firmamenti, quia si terra esset alicuius quantitatis respectu firmamenti non contingeret medietatem cœli uideri.

Item, intelligatur superficies plana super centrum terræ, diuidens eā in duo æqualia, & ipsum firmamentum: oculus igitur existens in terræ centro uideret medietatem cœli, & idem existens in superficie terræ uideret eandem medietatem. Ex his colligitur, quod insensibilis est quantitas terræ, quæ est à superficie ad centrum & per consequens, quantitas totius terræ insensibilis est respectu firmamenti.

Item


Item dicit Alfraganus, quod minima stellarum fixarum, uisu notabilium, maior est tota terra, sed ipsa stella respectu totius firmamenti, est sicut punctum & centrum, multo igitur fortius terra est punctum respectu firmamenti.

Quod terra unà cum aqua sit sphærica, satis superque affirmatum esse reor. Iam etiam secunda propositio confirmanda est, quod terra scilicet, sit centrum mundi, hoc est, medium uniuersi, quatuor rationibus conuincitur: quarum primam, desumptam est à signis seu stellis. Nam cùm uidemus stellas tam in ortu, quàm in meridie, etiam in occasu æqualis molis esse: conuincimur dicere, terram in meditullio uniuersi esse, & ab omnibus cœli partibus æquidistare, instar centri circuli à sua circumferentia. Si enim in centro non esset, tunc hæc sequi necesse foret, nempe eam magis appropinquare aut parti orientali, aut occidentali, aut meridionali: & quando aliqua ex stellis tam fixis, quàm erraticis ueniet ad illam partem, nobis propinquior quàm in reliqua, apparebit, & per suprà dicta, etiam maior. Quod falsum esse, & contrarium apparentiæ uidemus, quia (ut dictum est) semper eiusdem magnitudinis, uel in oriente, uel in occidente, uidentur. *Terram ad centrum uniuersi sitam esse.*

Altera ratio probandi autoris sententiam inde desumpta est, quòd semper una media pars cœli est supra terram, & reliqua sub terra, & hoc non in una terræ plaga, imò compertum atque exploratum est, quòd hoc ubique gentium fiat, quemadmodum attestantur ipsa æquinoctia, quibus non est aliud argumentum euidentius. *Secunda ratio.*

Tertiam rationem exinde uenire asserimus, nempe, si quis intellexerit terram super centrum æqualiter in duo sectam, & oculum in centro collocari: oculus nihil nisi medium cœli uidebit. Vnde sequitur, quod tumor terræ à centro eius usque ad ambitum, facta collatione ad cœlum, sit insensibilis. *Tertia.*

Quarta ratio fluit ex stellarum magnitudine, qua rudes facillimè persuaderi possunt. Nam certò constat, quod quæuis stellarum fixarum, multis uicibus sit maior ipsa terra, & si eas intueberis, sunt quasi puncta in cœlo: quanto quæso terra minor appareret, si inde quis eam spectaret? *Quarta.*



Intelligatur pro prima ratione in subiecta figura terra extra centrum, in puncto b, meridiano ut est punctus a, propinquior, & cùm stella peruenerit ad illum punctum, tunc erit terræ propior, & in puncto opposito ut est i, erit ab eadem multò remotior, quàm in ullo alio loco, & minor inibi apparebit: quod experimento penitus contrarium est. Porrò sit d c horizon obliquus, sed falsè, pro secunda ratione, e b k æquator, qui ab horizonte dicto in duas partes inæquales diuiditur, & per consequens etiam zodiacum in duas par

 tes

tes inæquales ab eodem horizonte diuidi necesse est. Quia isti duo circuli (sicut mox audietur) secantur ab inuicem ad partes æquales. Quando igitur Sol, suo motu proprio motus ab oriente in occidentem, peruenerit ad sectiones æquatoris & zodiaci, & maior pars horum circulorum erit sub terra: fieri nequit, ut in uniuerso orbe terrarum fiat æquinoctium, etiam sub sphæra recta hoc non fieri potest, ne dum in obliqua. Si hoc impossibile est, & erit etiam impossibile, ut semper sex signa sint supra terram, & reliqua sex sub ea, imò potius aut plura erunt sub ea, & plura supra: siquidem terra ipsa intelligitur diuidi ab horizonte dicto, in duas partes æquales, sicut etiam cùm fuerit in centro uniuersi, à quolibet ex circulis maioribus in duas æquales partes diuiditur. Hæc omnia intuenti sphæram materialem, statim primo intuitu nota sunt. Pro tertia ratione sciendum est, quod quando imaginabimur, per lineam e f, terram ipsam in puncto g, centro scilicet uniuersi sitam, per medium diuidi: tam stantem in g, quàm h, ob immensam distantiam à circumferentia, semper uidere cœli medietatem. Reliqua ex longa narratione suprà habita, nihil obscuritatis habent, neque opus est adducere ulteriorem per figuras declinationem.

Quod autem terra in medio omnium teneatur immobiliter, cùm sit summè grauis, sic persuadere uidetur eius grauitas. Omne graue naturaliter tendit ad centrum. Centrum quidem punctum est in medio firmamenti. Terra igitur cum sit summè grauis ad punctum illud naturaliter tendit.

Item, quicquid à medio mouetur uersus circumferentiam cœli ascendit, terra à medio mouetur, igitur ascendit, quod pro impossibili relinquitur.

Tertia propositio, quemadmodum suprà uisum est, constur affirmare, terrã esse immobilem. Cæterum cùm mobilitas terræ uariè disputari potest, ut uidere est apud Nicolaum Copernicum, uirum incomparabilis ingenij, quem meritò possem dicere mundi miraculum, ni uererer quosdam uiros, ueterum philosophorum sanctionum tenacissimos, & non immeritò, offendi. Et ne in re dubia multa adducam argumenta, quæ longissima egeant explicatione, de hac re in Commentarijs nostris in Copernicum, si fata sinent, prolixius & manifestiùs dicemus. Nunc properandum est ad propositionem quartam, qua docemur, terram (licet uideatur esse infinita) finitam & absolutam esse.

III.

AMBITVM TERRAE, ET
ex eo Diametrum inuenire.

TOtius autem orbis terræ ambitum autoritate Ambrosij, Theodosij, Macrobij, & Eratosthenis philosophorum, 252000 stadia continere diffinitur, unicuique quidem 360. partium zodiaci 700 stadia deputando. Sumpto enim astrolabio, uel quadrante in stellatæ noctis claritate, per utrunque medioclinij foramẽ polo perspecto notetur

graduum

graduum multitudo, in qua ſteterit mediclinium. Deinde procedat coſmimetra directè uerſus ſeptentrionem à meridie, donec in alterius noctis claritate, uiſo ut prius polo, ſteterit altius uno gradu mediclinium. Poſt hoc menſuretur huius itineris ſpacium, & inuenietur 700. ſtadia. Deinde datis unicuiq; 360. graduum tot ſtadijs terreni orbis ambitus inuentus erit.

Ex his autem iuxta circuli & diametri Regulam, Diameter terrę ſic inueniri poterit, aufer uigeſimam ſecundam partem de circuitu terræ; & remanentis tertia pars, hoc eſt, 8018 1. ſtadia & ſemis, & tertia pars unius ſtadij, erit terreni orbis diameter ſiue ſpiſsitudo.

Textus propoſitus autoris, in propoſitionem breuem, uti uiſum eſt, contractus. Primùm habet quot ſtadia unicuiq; partium zodiaci deputentur. Secundò, quo modo inueſtigandum ſit, quot ſtadia unicuiq; partium ſeu graduum zodiaci, in terra reſpondeant. Tertiò, quibus rationibus ex circumferentia circuitus globi terreſtris, diameter eius ſit inueſtigandus. Non inconueniens eſſe arbitror, ut priuſquā ad terræ dimenſionem ueniamus paucula quædam in medium proferamus, de partibus menſuræ, inprimis cùm uideamus Ambroſium, Theodoſium, & Eratoſthenem, plura ſtadia uni gradui in cœlo attribuiſſe, quā Ptolemęum, qui gradum unum tantùm 500 ſtadijs menſurat, cęteri uerò 700. Non facilè dixerimus, aliquem ex his (ſiquidem fuerunt omnes æſtimationis incomparabilis) erraſſe, tamen ſi quid nobis conceſſum eſt iudicare de tantis uiris, non inconuenienter iudicare licebit, ſtadia apud Ptolemęū alius fuiſſe quantitatis, & alius apud Eratoſthenem, nempe apud illum longioris, & apud hunc breuioris quantitatis. Huius rei argumentum eſt, quod idem in alijs menſuris famoſis eiuſdem denominationis, in diuerſis uel regionibus, uel ciuitatibus, cū priſcis tum noſtris temporibus, contingere uidemus. Diuerſi namq; ſunt modij, diuerſæ etiam ulnæ, item diuerſa pondera centenaria, ſic de alijs quoq; menſuris iudicandum erit. Menſuræ partes ſunt, apud Geometras, ut incipiamus à minimo, Digitus, ad quem, dum eſt menſurarum omnium prima ac minima, taxantur omnes reliquę, ut eſt uncia, palmus. Dichas, Spithama, pes, ſeſquipes, gradus paſſus ſimplex, paſſus duplex, cubitus, ulna, pertica, ſeu radius ſtadium, Leuca, miliare Italicum, miliare germanicum. Sed ſi quęris digiti partes ſeu ulteriorem ſui diuiſionem, ſcias eum diuidi in quatuor grana hordeacea, per latera contiguè poſita.

Ptolemæus quomodo cū cæteris Philoſophis conſentiat.

Menſuræ Geometricæ

Vncia complectitur tres digitos.
Palmus quatuor digitos.
Dichas habet duos palmos, ſeu octo digitos.
Spithama tres palmos.
Pes menſuratur quatuor palmis.
Seſquipes ſex complectitur palmos.
Gradus habet duos pedes.
Paſſus ſimplex perficitur duobus pedibus & dimidio.
Duplex ſeu geometricus, quo geometræ inprimis utuntur, recipit quinque pedes.
Pertica, aliàs decempeda, decem menſuratur pedibus.
Cubitus habet ſex palmos.
Stadium habet centum uiginti quinq; paſſus.

Leuca habet mille & quingentos passus.

Miliare Italicum, habet mille passus, stadis autem octo. Et Germanicum miliare taxatur quater mille pasibus, commune inquam, magnũ uerò, habet quinquies mille passus. Hæ sunt apud Geometras mensuræ communiores ac usitatiores. Cæterùm si uolueris per 125 passus Germanici miliaris communis passus redigere in stadia, prouenient 32 stadia: magni autem, 40. Esto nunc quod unus gradus æquatoris in terra, faciat 15 miliaria: tunc secundum Eratosthenis cõputationem, reperientur 46 stadia, & 40 m̃. in terra, attribui uni gradui in cœlo, & secundum Ptolemæi computationẽ 33 stadia, & 20 m̃. Nemo profectò debet cogitare, hos uiros tam ignauos fuisse, quod tam insignes errores commiserint, (ut ex aliis eorum monumentis constat) semper diligentisimi fuerint in suis obseruationibus: sed quod stadia eorum, quę singulis ęquatoris gradibus adscribuntur, inter se tam insigniter differunt, id totum, mea sententia, in mensurarum diuersitatem (ut dictum est suprà) reiiciendum arbitramur.


Pro secundo, ut certius ad dimensiones intellectum deueniatur, quot stadia, seu miliaria de terrestri globo, correspondeant uni gradui æquatoris in cœlo: memoria tenendum est, quod Quadrans seu Astrolabium (quia horum duorũ instrumentorum potisimum autor meminit) eam stellæ altitudinem, eumq; locum hic in terrę superficie ostendunt, quem in terræ centro existentibus ostendunt, quem in terræ centro existentibus ostenderent: Siquidem (uti suprà suo loco dictum est) terræ semidiameter cœli semidiametro collatus, nullius est momenti. Et est equidem res omni admiratione digna, quod terra ac cœlum tantã inter se habeant cognationem, quòd cœlestes dimensiones ac motus, absq; terrenis cognosci non possunt, & rursus terrenæ absq; cœlestibus. Et ex quo circulus in limbo Astrolabii, diuisus in 360 partes æquales, reprę sentet cuiuslibet magni circuli in cœlo seu firmamento imaginationem, quoq; diuisi in totidem partes: erunt etiam illæ partes inuicem proportionales, & sicut in terra in circulo, qui cœlesti subest, 15 miliaria uni gradui correspondent: sic etiam in firmamento proportionaliter totidem respondent miliaria uni gradui.

Eleuatio poli quomodo inuenienda sit, data Solis altitudine meridiana.

Et si harum obseruationum, quarum hic fit mentio, faciliorem cupis habere uiam, poteris id per Astrolabium facilius adsequi. Nempe hoc modo, capias Solis in ipso meridie, hoc est, quando deuenerit ad circulum meridianum, altitudinem, & hoc, die serenisimo. Ab hac auferas declinationem Solis eius diei, quam facile habere poteris, si ex Ephemeridibus prius cognoueris Solis locum uerũ, tum inquam cùm Sol gradietur in signis septentrionalibus: aut eidem addas, si fuerit in signis meridionalibus (quæ aut hæc aut illa sint, mox uideri dabitur) residuum erit eleuatio æquatoris supra horizõtem loci tuæ obseruationis. Quo sublato à 90 gradibus, hoc est, gradibus illis, qui sunt inter horizontem & polũ eiusdem, & quod demum residuabitur, erit latitudo loci, quę nihil aliud est, quã arcus comprę hensus inter æquatorem ac punctum uerticalem, qui (ueluti in secundo huius compendii, tractatu audietur) æquipollet arcui, qui est inter horizontem ac polum mundi, eleuationi scilicet poli.

Cæterùm ex quo intellectus discentium, quibus Sphæra materialis non ad manum est, hunc modum obseruandi eleuationem poli, non statim assequi queat, figuram addere uisum est. In qua, quid sit Solis declinatio, cum meridionalis tum septentrionalis, necnon alia quorum mentio à nobis facta est, ad uidendum proponetur. Sit igitur k e f meridianus firmamenti, i h m meridianus terrestris, k g f horizon, b punctus uerticalis seu polus horizontis, cui respondet in terra punctus r, arcus g h d sit quarta pars æquatoris, arcus d c declinatio Solis septentrionalis, in operatione auferenda, ab eleuatione Solis meridiana: d e autem meridionalis addenda, d b latitudo regionis, cui æqua-

tur




tur a k, arcus d f eleuatio æquatoris supra horizontem, quæ auferatur à 90 gradibus, hoc est, a b f d b, & relinquetur d b, huic in terra correspondet, h p. Et si obseruator à puncto i, uersus punctum q (uti præcipit autor) recesserit, nẽpe ad punctum n: tunc eleuatus polus, qui præsupponitur in a puncto, eleuabitur secundũ in arcũ, & æquator ex opposito tantundem deprimetur, & omnia reliqua puncta imaginaria, à sedibus suis recedent, & fiet etiam alius horizon, qui non transibit per puncta k, g, f, imò potius per s, g, x, & i n arcus, præcipitur ab autore mẽsurandus, qui (ut dictum est) erit 700 stadiorum, seu 15 miliariorum. Harum rerum non potest experimẽtum, nisi in terria insignis planiciei, capi. Et si uolueris, oblato loco oportuno, id experiri poteris hoc facere per quadrarum geometricum, quo non incommodè capiuntur longitudines uiarum. Adhibendum etiam erit instrumentum nauticum, hoc est, compassus, aut aliud directorium quoddam uiatoriũ, ne à proposita linea meridiana deflectatur, aut ad sinistram, aut dextram. Quod si fieret, ad id quod quæritur, certò peruenire nõ possis. Pro secundo hæc dicere placuit.

Pro tertio uerò, nunc porrò quædam in medium proferre, non incommodũ erit, in quibus si aliquantulum uerbosiores erimus, nõ iniquo animo pius lector ferat, siquidem inde multa scitu non iniucunda pendeant. Non ignorandum est, quod duplici ratione diameter tam terræ, quàm aliorum corporum sphæricorum, ex eorum circumferentia, inquiratur: harum (ut etiam dicam) altera, & prolixior, & difficilior est, qua autor usus est, altera autem facilior & breuior, ac magis in usu. Cùm igitur placuerit inuenire diametrum terræ, secundum modũ, quem præcipit autor, ita sonantem. *Diameter terræ sic inueniri potest, &c.* *Inuentio ambitus & diametri terrestris.*
Primùm ducas 700 stadia (per miliaria idem est iudicium) in 360 gradus, quia in totidem gradus diuiditur circumferentia terræ, & prodibunt 252000 stadia, aut 5400 miliaria Germanica, si per miliaria operatio placuerit. Secundò, hunc ambitum terræ diuide per 22, numerus inde proueniens erit uigesima secunda pars ambitus terræ: nempe 11454 $\frac{12}{22}$ stadia, aut 254 $\frac{10}{22}$ miliaria Germanica. Tertiò, hanc uigesimam secundam partem, à tota summa circumferentiæ auferas, & remanebit in stadijs numerus 240545 $\frac{10}{22}$ & in miliaribus, 5154 $\frac{12}{22}$. Quartò, ex præcepto autoris, quæuis harum summarum seorsim per 3 diuidatur, & inuenietur in stadijs 80181, semis & tertia, in miliaribus uerò 1718 $\frac{4}{22}$ diameter, nimirum, terræ, tam in stadijs, quàm in miliaribus.

Breuior modus ita se habet. Nam Archimedes multis & laboribus, & ingeniosis excogitationibus, ac excursu Geometrico reperit, eam esse proportionẽ circumferentiæ circuli ad diametrum eiusdem, quæ est 22 ad 7, hoc est, triplam sesquiseptimam. Præcisiorem hactenus, licet id non pauci, & Philosophi & Ma-

thematici

thematici attentauerint, nemo reperit. Quare quotiescunque libuerit ex circumferentia circuli, colligere eius diametrum: ordina numeros, ut demus exemplum de nostro negotio, ut sequitur, scilicet 22| 7| 252000| & multiplica secundum in tertium, more solito, & per primum diuide: tunc, si ritè absolueris institutum, id proueniet quod suprà. Et priusquã digrediamur ad alia, placet etiam ostendere regulas, quærendi superficiem & crassitudinem terræ. Si itaque uolueris superficiem terræ, ex diametro, & circumferentia nota, uenari: duc unum in alterum, & habebis quod quæris. Cæterum si cupis eius crassitudinem producere: tunc ducas superficialē sphęrę continentiam, in sextam partē diametri, & obtinebis intentũ tuum. Iuxta has regulas mensurauimus globum terræ præmissis, & quàm sit res mira, terram tantæ esse magnitudinis, & obtinere tantùm uicem centri, respectu uniuersi, tibi lector iudicãdum relinquimus.




Digressio ad dimensiones altitudinum atque magnitudinum orbiũ planetarum stellarumque fixarum.

Non inconueniēs esse uidetur, habita quantitate terræ, eiusque diametro in milliaribus Germanicis, quib. utemur porrò, in nostris dimensionibus, uti usitatioribus nobis: annectere etiam elementaris regionis, atque etiam cœlestis dimensionem, orbium nimirum planetarum, sicuti sunt deferentes, & epicycli, item planetarum distantias in milliaribus Germanicis, à terræ centro seu superficie, ad hæc, planetarum singulorum diametros, ac quantitates ad terram. Et si quid est in rerum natura, (quemadmodum sunt quamplurima, admiratione digna) sanè omni admiratione dignissimum est, ut admiremur magnitudinem corporum cœlestium, & eorum orbium amplitudines, ac crassitudines, nec non motuum uelocitates: & multò magis eum, à quo hæc omnia finita, & tamen infinitis similia creata sunt, & iam per tot sæcula & fota, & gubernata, & adhuc tam fouentur, quàm gubernantur. Non furor est (ut inquit Plinius) horum quærere mensuram: sed potius admiratio operum diuinorum ac Dei omnipotētiæ, quę sola infinita est.

Distãtias omnium stellarum secundũ Arabes dimetiendi modus.

Et priusquam incipiatur mensurãdi opus, operęprecium est scire, quibus modis Arabes (ut est Albategnius, & alij complures eius farinæ, qui in hoc negocio præ alijs occupati fuęrunt) distantias aliorum planetarum in partibus, quarum semidiameter terræ ęst una, & etiam stellarum fixarum (Solis enim & Lunę Ptolemęus perpulchrè docuit) elicere docuerint. Quę res non minus mirabilis est, quàm iucunda scitu. In hac operatione, hæc prę supponenda sunt, scilicet, semidiameter Solis uisualis, qui est, 15 m̃. 40 secund. item aliorum planetarum, Lunæ semidiametro excepto, cuius non statim opus habemus, & sunt, ut sequitur, nempe: semidiameter uisualis Veneris, est pars decima semidiametri uisualis Solis, Mercurij, quintadecima, Iouis duodecima, Saturni decima octaua, Martis, & stellarum fixarum primæ magnitudinis, uigesima. Insuper semidiameter Solis, in partibus, ex quibus terræ semidiameter habet unam, est 5.30 & maxima distãntia Lunæ à terræ centro, est 64. 10 & media Solis illarum, ex quibus semidiameter

diameter terræ est una, & est 1108. Variationem uerò magnitudinis planetæ, lõgioris ac propioris longitudinis, quam proponemus, non ut à nobis obseruatam, sed ut à ueteribus acceptam scias.



Porrò longitudo longior Lunæ, est longitudo propior Mercurij, qui proximè ascendendo sequitur Lunam. Cæterùm longitudo longior Mercurij eo scitur modo, ut sequitur. Nam postquam ueteres subtiliter inuestigauerũt, uariationem eius inter longitudinem longiorem & propiorem: inuenerunt eam esse, uelut est proportio duorum, & tertiæ, ac quartæ unius, ad unum, ut 2,35, ad 1. Hinc manifestum est, quòd quæ est proportio 1, hoc est, semidiametri terræ, ad 64,10, nempe longitudinẽ propiorem Mercurij: ea erit proportio 2,35 ad longitudinem longiorem eiusdem, in lineis figuræ præcedentis erit, sicuti sequitur, linea scilicet a__k, est ad lineam a__m, sicut linea m__n, exempli gratia, est ad lineam a__n, horum tria sunt nota, quare si duxeris 2,35, in 64,10, & productum diuiseris per 1, offerentur tibi pro a n linea, nempe maxima eius distantia à centro terræ, 166 partium proximè, quarum semidiameter terrę est una. Ab hac distãtia maxima, auferatur minima, linea, scilicet, a m, à linea a n: differẽtia erit linea, m n, 101, 50, partiũ. Vnius differentiæ medietas, quæ est 50 partium, & 50 m̃. adiungatur, lineæ a m, & emerget media eius distãtia, ut est a c linea, 115, 5. partium, quarum semidiameter terræ habet unam. His habitis, deinceps quærendus erit semidiameter ipsius stellæ Mercurij in partibus, ex quibus terra habet unam. Ad efficiendum hoc, tam in Mercurio, quàm in alijs stellis, discẽdum est prius, quot earum partium sit semidiameter terræ, quarum media distantia seu longitudo Solis, est 1108: quemadmodum est exempli gratia, linea a o, Diameter Solis non apparens (de apparente ad terram aliter se res habet) est in quintupla proportione ad terram, hoc est, sicut se habet, e__f,__50__o (de medietatibus est idem iudicium) ad a__f__k: ita se habebit o__1108__a ad a__k. Si nunc a k, ducetur in a o, prius coæquatis numeris, & productum inde per e o, diuidetur: prodibit pro a k, 201, partes 30 m̃. diametri terrę scilicet quantitas quęsita, ex partibus mediæ distantiæ Solis à terra. Præterea, si diuiseris mediam distantiam planetę à terra, scilicet, 115, 5. per 15, hoc est, semidiametrum Solis, cuius facta in media longitudine collatione, semidiameter Mercurij est unius: habebis earundem partium, scilicet, 115, 5. partes 7, & 40. Has partes, ad eliciendum semidiametrum, stellę Mercurij, scilicet, c, q, rursus per 201. 30 diuidas, & si ritè operaberis, uenient pro semidiametro; quiquæritur, 2 m̃. 17 secund. His duplatis, erit diameter Mercurij, 4 m̃ 34 Secund. quorum diameter terræ est unius partis integrę. Et si contuleris semidiametrum Mercurij cũ semidiametro terræ, quia, ut dictum est suprà (de semidiametris idem est iudicium, quod de diametris) reperies eam proportionem, quę est 1 ad 27 fere, facta igitur cubica multiplicatione: erit magnitudo terrę 19683, quorum magnitudo stellæ Mercurij est unius.

Veneris autem longitudo propior, est Mercurij lõngitudo longior, puta 166. cuiusmodi est a n linea. Pro elicienda longitudine

tudine eius longiore, hac operandum est uia: eius nimirum magnitudinis alteratio c.t inuenienda, tam ad longiorem, quàm ad propiorē longitudinē, quam ueteres nobis inuentam reliquere, ut duorum ad tredecim Si igitur duxeris 6 & dimidium in 166. prouenient tibi longitudo Veneris longior 1079 partium qualium terræ semidiameter est unius. Ab hoc producto auferas 166, tunc innotescet tibi differentia, quæ est inter lineā a n & a p nempe lineā p & n, 913, huius dimidiū, scilicet 456,30, additum ipsis 166, longitudini uidelicet propiori: emersit longitudo eius media 622,30, linea a Diameter eius apparens, ad diametrum Solis in sua media longitudine existentis, iouentus est ex fideli ueterum inspectione, habere decimam partem diametri Solis, facta igitur diuisione per 10, mediæ longitudinis 622,30, in producto manserunt 62,15. Et postquā facta est resolutio in conuenientem denominationem, illudq́ productum diuisum est per 201 30, sicuti in Mercurio: prodijt semidiameter Veneris, 18 m̄. 32. sec. Huius proportio ad semidiametrū terræ non est alia, quàm 1 ad 1,15, si cubicè fiet ipsorum 3 m. & 15 secund. multiplicatio: producentur pro corpore terræ, 34.19, & pro magnitudine corporis Veneris 1. Hinc apparet, quod terræ magnitudo 34,19 maior fit, quàm Veneris magnitudo, licet alij ponant maiorem magnitudinem, tamen nihil refert, hac contentus sum, donec contingant nobis certiores obseruationes.

Locus est in Magna compositione Ptolemaica, lib. 5. ca. 15. & 16.

Quæ autem sit magnitudo Solis ad terram, & terræ ad Lunam, ex Ptolemęo summo artifice clariùs esse arbitror discentibus, quàm ut referat hic quippiam in medium proferre.

Sed nunc ordo postulat, ut ueniamus ad sanguinolentum Martem, inimicū uitę cuius etiam longitudinem & propiorem, & longiorem, elicere animus est, nec non semidiametrum, ac eius magnitudinem. Quem obsecrò non trahet in magnam diuinorum admirationem. si contulerit terrenæ machinæ magnitudinem, cum superioribus, summiq́ opificis admirabitur potentiam, cum hæc rectè considerauerit secum? Longitudo longior ipsius Solis, quæ est secundum Albategnium, 1176, est Martis longitudo propior. Porrò diuersitas eius magnitudinis inter longiorem & propiorem longitudinem, est ut septem ad unum. En ductis septem in 1176, emerget longitudo longior Martis, 8232, in partibus quarum semidiameter terræ est una. Et differentia quæ est inter longiorem & propiorem distantiam Martis, facta subtractione, est 7056, cuius medietas addita propiori distantiæ, nempe 1176, partibus, qualiū est linea a r: & prodijt media distantia eius, puta linea a r, 4704 partium. Diameter uerò apparens illius, inuentus est, unus partis, de 20 partibus diametri Solis. Hinc diuisis 4704, per 20: nascentur 235,20, & rursus his 235 partibus, & 20 m̄. diuisis per 201. 30: oblatus est semidiameter Martis, 1 partis & 10 minutorum, qualium terræ semidiameter est unius. Et si 1 ac 10. multiplicaueris cubicè, uidebis magnitudinem Martis esse unius partis & triginta quinq́ minutorum. Vnde magnitudo Martis, excedit magnitudinem terræ, in 35 minutis.

Et ne faciamus moram, hinc ueniendum est ad Iouem, qui est uitæ, ob suam temperiem, amicus, ac iustitiæ amator, quem mundi fabricator, magna prudentia (ut aliàs cuncta) collocauit inter duas infortunas, ut loquūtur Astrologi. Huius stellę magnitudinis uarietatem; repererunt ueteres artifices, in ea proportione, quę est 37 ad 25, quod est 1 & 36. Et ut habeatur eius maxima distantia à terra, multiplicetur cum hac uarietate magnitudinis eius, maxima distantia a y Martis, nempe 8232, quæ (ut ex alijs notum habetur) est minima Iouis à terra distantia, tunc prouenier maxima Iouis distantia, 13171. ut est linea a g, qualium terræ semidiameter est unius. Differentia porrò, collata minima distantia cum distantia maxima, est 4939. Huius media pars, scilicet 2469, adiecta minimæ distantiæ prodijt media eius distantia, scilicet a d, 10701 earundem partium. Ad hanc,

scilicet

ſcilicet mediam eius diſtantiam ſeu longitudinem, eſt ſemidiameter eius apparens 12, qualium Solis ſemidiameter eſt unius. Diuiſis igitur 10701 cum 12, & proſilierunt 890. His rurſus diuiſis cum 201,30, & emerſit ſemidiameter Iouis notus, nempe 4 partium, & 15 m̄. qualium terræ ſemidiameter eſt unius. Et ſi iſte ſemidiameter multiplicabitur in tres dimenſiones, habebitur magnitudo corporis ſtellæ Iouialis, 86 partium & 9 m̄. quarum corpus terreſtris globi eſt unius.

Iam porrò ordinis ratio exigit, ut etiam ueniamus ad poſtremum ex ſyderib. uagis, nempe ad te Saturne, qui maximus es inimicus rerum naturaliū, niſi tua frigiditas & ſiccitas diſtēperata, mitigetur aſpectibus beneuolis. Longè diſtas, tardus es: quare non immeritò poſtremum ſortiris locum. Quantum conſtat ex dictis, longitudo longior Iouis, eſt propior Saturni: quantitas ſcilicet linea a g, quam ſuprà inuenimus eſſe, 13171. Hac longitudine ſuppoſita, & uarietate magnitudinis Saturni, inter longitudinem eius propiorem & longiorem, quā ueteres artifices nobis tradiderunt eſſe, ut 7 ad 5, hoc eſt, 1.20. ad 1. inuenta eſt, iuxta præcepta ſuperiora, maxima diſtantia Saturni, utpote linea a m n, 17561, & differentia inter longiorem & propiorem eius longitudinem eſt, 4390. Huius medietas addita propiori longitudini, 13171: obtulit ſe media diſtantia, linea ſcilicet a h, 15366. Diameter uerò Saturni apparens, in media eius longitudine, inuentus eſt à ueteribus ad diametrum Solis apparentem, ut 1 ad 18. Igitur ſi fiet diuiſio 15366 per 18, in producto erunt 854, proximè: Hoc productū rurſus per 201, 30. diuiſū, prouenit ſemidiameter Saturni, 4.14, quorum ſemidiameter terræ eſt unius. His partibus in longitudinem, latitudinem & altitudinē ductis, prodierunt pro magnitudine Saturni corporis, 75.52. Hinc conſtat, quod Saturnus 75, 52, uicibus maior ſit quàm terra ipſa. Hæc ſunt quæ hic in medium proferre libuit, de ſeptē ſtellis erraticis, quatenus pertinet ad eorum & magnitudines, & diſtantias à terra, ac diametris.

Sed antèquam fiat tranſitus ad alia, de fixarum etiam ſtellarum negotio nonnulla proferre uiſum eſt. Stellis fixis ſex adnumerantur quantitates ſeu magnitudines, ſicuti apud Ptolemęū, & alios eſt uidere, earum ſunt duodecim primę magnitudinis, ſunt enim & ſplendore, & corporum magnitudine, cunctis alijs ſtellis fixis maiores: Harum omnium, tum primæ tum aliarum dictarū magnitudinum, eſt eadem diſtantia à terræ cētro, nempe 19000 partium, qualium ſemidiameter terræ eſt unius. Cęterùm magnitudo ſemidiametri apparentis earum, quę primæ aſcribuntur quantitati, eſt ad ſemidiametrum Solis, ut 1 ad 20. Si itaq; diuiſeris per 20 diſtantiam à terra, hoc eſt 19000: erit uniuſcuiuſq; earum ſemidiameter 950 partium, ſi comparabuntur hæ partes cum ſemidiametro terræ, utpote cum 201.30. partibus, tunc prodibunt, 4 partes & 42 m̄. Et ſi hoc productum in ſe cubicè duxeris, prouеniet magnitudo ſingularum duodecim ſtellarum fixarum primæ magnitudinis, 103.21. partium, quarum magnitudo terræ eſt unius partis. Hinc facile inuenire poteris, reliquarum ſtellarum fixarum magnitudines, ſiquidem uſq; ad ſextam magnitudinem minorantur.

Altitudo atque magnitudo ſtellarum inerrantium

Ex iam dictis manifeſtum eſt, quod Sol omnium creaturarum eſt maior, dein de ſtellæ fixę primæ magnitudinis, quas ſequitur Iupiter, quem proximè ſuccedit Saturnus ſua magnitudine, poſt hunc ſequuntur reliquæ ſtellæ fixæ, quę à iā dictis magnitudine uincuntur. Mars uerò uendicat ſibi ſextum locum, quo minor eſt terra, pro ſeptimo loco poſita. Venus autem (ut ex ante dictis apparet) multis uicibus minor eſt ipſa terra, hinc Mercurij ſtella, omnium ſtellarum longè minima exiſtit. Hactenus dicere uiſum eſt, de ſtellarum diſtantijs, diametris, & magnitudinibus.

Iam porrò, ut tandem perueniamus ad ſecundum caput libelli noſtri autoris, uolumus quęrere ex iam inuentis diſtantijs, amplitudinea circulorū planetarū, fixarum,

Amplitudines orbium planetarum, & ſtellarum fixarum.

Schema dispositionis
lestium, circa



[...]ionis & ordinis Sphærarum cœ-
[...]circa terræ globum.



& aliarum stellarum fixarum, & similiter earum motuum uelocitatem. Hoc ut commodiùs & meliori ordine efficiatur, primùm dicendum est, quæ sit magnitudo totius globi ex elementis conflati, & sphęrę Lunę inclusi. Et ut hoc prius dicam, cùm Philosophorum princeps Aristoteles disputat de proportione densitatis, ac raritatis, quodq; ex uno pugelli terræ, fiant decem pugilli aquæ, centum aeris, & mille ignis: ex eiusmodi terræ ad reliqua elemēta proportione, nōnulli sumpserunt occasionem inueniendi distantiam à terra ad Lunam. Cæterū cùm repugnet Geometricis demonstrationibus, eam omittere non dissentaneum erit. Quare hac ueriorem arripere uidetur, nempe quam nobis Ptolemęus princeps Astronomorum, certis demonstrationibus confirmatam reliquit, qui libro quinto Magnę compositionis, reperit distantiam terræ à Luna in quadraturis, in quibus terræ est proxima, maximè quando fuerit in opposito augis epicycli, partium ferè 33 talium, qualium est semidiameter terræ una. Cōstat enim ex certis rationibus, elementarem globum proximè attingere sphærā lunarem, hinc erit totus diameter elementaris, 66 partium talium, qualiū terræ diameter est, 2 partium earundem, & per decimamquintam propositionem libri 13. Euclidis edocemur, globos proportionem triplicatam suorum diametrorū habere. Quare totus globus ex elementis conflatus, & sphęrę Lunę inclusus, est 35937, qualium globus ex terra & aqua compositus, est una. Ex his manifestum est, suprà dictam proportionem elementorum, ex doctrina Aristotelica, esse multò minorem, quàm ut illud spacium amplissimum implere possit. Est igitur potius assentiendum Ptolemæo quàm Aristoteli in hac re. Ad hunc modum ex suprà dictis facilè poteris inuenire, omnium aliarum sphęrarum proportionem, hoc est magnitudinem ad globum ex terra & aquâ constantem, comparatam. Cęterùm in pręcedentibus semidiameter terrę inuentus est in miliarijs Germanicis, 859 $\frac{4}{11}$ hinc distantia à terra usque ad concauum Lunæ, quando est terrę proxima, hoc est, usq; ad conuexum ignis, inuenitur, 28359. miliariorum Germanicorum, & ambitus sphęrę Lunę est eorundem miliariorum 178257. His, inquam, miliarijs per 360 gradus (in totidem enim gradus diuiditur quiuis circulus, tam magnus, quàm paruus) diuisis, productum erunt miliaria Germanica, 496, quæ uni gradui in hac distantia attribuuntur. Mouetur igitur Luna in quadraturis, in die naturali ferè 6442 miliaria Germanica.

Et ut omnia notiora sint, iam porrò de interuallis à centro terrę ad globorum conuexa & concaua, & spissitudinibus ac circumferentijs, tam excentricorum quàm epicyclorum, quędam commemorare non absurdum esse uidetur.

Et primùm de interuallis singulorum, à Luna quasi inferiore omnium incipiendo. Vtemur ubique miliarijs Germanicis, nobis notioribus.

	Mil.	m̄.	
Concauum Lunæ	28359.	0.	
Conuexum Lunæ	55141.	37.	
Concauum Mercurij.	55141.	37.	
Conuexum Mercurij.	142652.	0.	
Concauum Veneris.	142652.	0.	
Conuexum Veneris.	927238.	38.	
Concauum Solis.	927238.	38.	
Conuexum Solis.	1020615.	0.	
Concauum Martis.	1020615.	0.	Miliaria Germanica.
Conuexum Martis.	7074306.	0.	
Concauum Iouis.	7074306.	0.	
Conuexum Iouis.	11318718.	22.	
Concauum Saturni.	11318718.	22.	
Conuexum Saturni.	15091338.	2.	
Concauum octauę sphærę.	15091338.	2.	
Conuexum octauę sphærę.	16327566.	40.	
Concauum nonæ sphęrę.	16327966.	40.	

Et si ordinum spissitudines cognoscere cupis, ex iam habitis interuallorũ quãtitatibus: tunc auferas interuallum concaui ab uniuscuiusq; sui orbis conuexo, & relinquentur orbium & spissitudines, & crassitudines quæsitæ, modo quo sequitur, scilicet.

	Mil.	m̄.	
Crassitudo globi Lunæ.	26782.	37.	
Crassitudo globi Mercurij.	87510.	23.	
Crassitudo globi Veneris.	784586.	38.	
Crassitudo globi Solis.	93376.	22.	Miliaria
Crassitudo globi Martis.	6053691.	0.	Germanica.
Crassitudo globi Iouis.	4244412.	22.	
Crassitudo globi Satur.	4772619.	40.	
Crassitudo globi octaui.	1236628.	38.	

Cæterùm

Cæterùm ad habendum circuitus globorum dictorum, opus eſt, ut duplices cuiuslibet globi conuexum. Quo facto, redeas iterum ad regulam, quam ſuprà tradidimus, de inuentione diametri ex circumferentia nota, & rurſus ex diametro noto ipſam circumferentiam. Et duplicationes conuexorũ orbium ſeu diametri ſunt, ut iam ſequitur.

	Mil.	m̃.	
Lunæ.	110283.	14.	
Mercurij.	285304.	0.	
Veneris.	1854477.	16.	
Solis.	2021230.	0.	Miliaria
Martis.	14148612.	0.	Germanica.
Iouis.	22637436.	44.	
Saturni.	30182676.	4.	
Octaui orbis.	32655933.	20.	

Porrò circuitus ſeu circumferentiæ orbium commemoratorum ſunt, ut ſequitur.


	Mil.	m̃.	
Lunæ.	346605.	27.	
Mercurij.	899813.	0.	
Veneris.	5828359.	50.	
Solis.	6354437.	1.	Miliaris
Martis.	44467066.	0.	Germanica.
Iouis.	71146228.	0.	
Saturni.	94859839.	0.	
Octaui orbis.	102632913.	0.	

His numeris circumferentiarum ita habitis, reſtat deinde oſtendere rationem inueniendi, quot milliaria Germanica ſingulis gradibus, ſingulorum orbium commemoratorum correſpondeant, quod in hunc, ut ſequitur modum, euidens ſit. ſemper eſt partitio inuentarum circumferentiarum per 360, & in producto erunt milliaria reſpondentia uni gradui, & ſi quid remanſerit, & reductum fuerit in minorem denominationem per 60; tunc prouenient poſt partitionem, minuta. Sicuti in conſequenti tabula clarè cernere eſt.

Lunæ

	Mil.	m̄.
Lunę.	960.	1.
Mercurij.	1499.	29.
Veneris.	16189.	53.
Solis.	17645.	39.
Martis.	103519.	37.
Iouis.	197628.	25.
Saturni.	263499.	33.
Octaui orbis.	285091.	25.

Cæterùm cùm sint multi, de rebus etiam minutissimis, aliquando magis soliciti, ac æquum est, nostroq́ negotio non inconueniens, si etiam (postquam præcedentibus quinque tabellis complexi sumus, distantias stellarum & errantium & fixarum, cùm maximas tum minimas, item orbiũ spissitudines, circuitus, duplationes seu diametros: itẽ quot miliaria Germanica respõdeant uni gradui in singulis orbibus) ostendamus deinde magnitudinem semidiametrorum epicyclorũ, eccẽtricorũ, & ipsarũ eccẽtricitatũ singulorũ planetarũ: itẽ quãtę sint epicyclorũ circũferentiæ, in partib. ijsdẽ, quarũ semidiameter terræ (sicuti in prædictis) est una, etiã miliariorũ quantitatẽ non negligemus. Hic etiã Albategniũ, sicuẽadmodũ alias imitabimur. Et horũ propositorũ principe loco erit tractatio [illegible] semidiametrorũ eccentricorũ. Hęc [illegible] tractatio minus obscura erit, si figura adijciet, in qua d g e [illegible] eccentricus circulus, centrũ epicycli, cuius cẽtrum sit pũctus a, & b sit



ſit centrum mundi, g aux deferentis, h aux epicycli, e, oppoſitum augis deferentis, f oppoſitum augis epicycli, h a e linea augis, m h n, & o f p ſint duo epicycli, pro negotio noſtro aſſumpti. Et exiſtente planeta, quicunq; ſit ex illis quibus epicycli aſsignantur, in puncto h: tunc dicitur maximè diſtare à centro mundi b, & cùm fuerit in f, erit centro b proximus. Ex pręcedentibus, in ſingulis planetis, duæ lineæ, ſcilicet b g h & b f, notæ ſunt, ex quibus innoteſcent a g, ſemidiameter deferentis, ſeu eccentrici, g h ſemidiameter epicycli, a b eccentricitas, & n h m circumferentia epicycli. Nam ſi minima diſtantia, nempe linea b f adiecta fuerit maximę diſtantiæ, hoc eſt lineæ b h: integrabitur tota linea f b a h, Inſuper ſecet̃ linea f b a h, in duas partes æquales in puncto k. Erunt igitur duę lineæ k f e, & a k h inuicem æquales, ſiquidem ſemidiameter e f, ſui epicycli o f p, eſt æqualis ſemidiametro g h, epicycli m h n, & hoc ob epicyclorum æqualitatem, ſit a k cõmunis. Intelligatur nunc a k auferri ex a h, & ſimiliter ex k a e, & remanebũt per communẽ animi cõceptionem, ſcilicet: Si ab æqualibus æqualia, & c. duæ lineę k h & a e, ſemidiametri eccentrici æquales, quod erat oſtendendum.

Qua uia in inueniendis Eccẽtricorũ ſemidiametris, procedendum ſit.

Ad inueniendum ſemidiametros eccentricorum, hanc habeas regulam, ſcilicet, Adde propoſiti planetæ minimam diſtantiam à centro terræ, maximæ, & productum diuide in duas partes æquales, earum altera, erit iuxta demonſtrationẽ pręmiſſam, ſemidiametri quęſiti quantitas, cuius ſemidiameter terrę eſt una. Habita hac quantitate, ponatur ſemidiameter terræ in primũ locũ, eccentricitas in ſecundum, & ſemidiameter eccentrici in tertium, poſtea perficiatur iuxta regulã proportionum operatio, & obtinebis quod quæris. Et quando ſemidiameter epicycli alicuius planetæ quæri debet, pro eccentricitate, quę antea medium, hoc eſt, ſecundum locum obtinebat, ponatur ſemidiameter eius in ea quantitate, in qua eſt ſemidiameter eccentrici, 60 partium, Cęterùm in Mercurij eccentricitate, aliqua correctio adhibenda eſt, propterea quod in oppoſito augis æquantis, nõ ſit terrę proximus, ſicuti ſuo loco dictum eſt. Iuxta has inquam regulas, ea quæ ſequuntur numerata ſunt.

Maximę diſtantię planetarum à centro terrę, in partibus, de quibus ſemidiameter terrę habet unam.

	G.	m̃.
Lunæ.	64.	10.
Mercurij.	166.	0.
Veneris.	1079.	0.
Solis.	1176.	0.
Martis.	8232.	0.
Iouis.	13171.	0.
Saturni.	17561.	0.
Octaui orbis.	19000.	0.

Minimę diſtantię planetarum à centro terræ, in partibus, ex quibus terrę ſemidiameter habet unam.

	Part.	m̃.
Lunæ.	33.	33.
Mercurij.	64.	10.
Veneris.	166.	0.
Solis.	1079.	0.
Martis.	1176.	0.
Iouis.	8232.	0.
Saturni.	13171.	0.

Semidia

Semidiametri deferentium planetarum in partibus, ex quibus terræ semidiameter habet unam.

	Part.	m̃.
Lunæ.	48.	51.
Mercurij.	115.	5.
Veneris.	622.	30.
Solis.	1127.	30.
Martis.	4704.	0.
Iouis.	10701.	30.
Saturni.	15366.	0.

Eccentricitates planetarum, in partibus, quarum semidiameter eccentrici est 60.

	Part.	m̃.	Secund.	
Lunæ.	12.	28.	0.	
Mercurij.	9.	0.	0.	pro his 9. partib:
Veneris.	1.	8.	0.	accipe 4. 36.
Solis.	2.	16.	6.	
Martis.	6.	0.	0.	
Iouis.	2.	45.	0.	
Saturni.	3.	25.	0.	

Eccentricitates Planetarum in partibus, ex quibus semidiameter terræ habent unam.

	Part.	m̃.	Secund.
Lunæ.	10.	9.	0.
Mercurij.	8.	49.	0.
Veneris.	11.	46.	0.
Solis.	42.	39.	0.
Martis.	470.	24.	0.
Iouis.	490.	29.	0.
Saturni.	875.	0.	0.

Semidiametri epicyclorum planetarum, in partibus, quarum eccentrici semidiameter habet 60.

	Part.	m̃.	Secund.
Lunæ	6.	14.	0.
Mercurij.	22.	30.	0.
Veneris.	43.	10.	0.
Solis.	0.	0.	0.
Martis.	39.	30.	0.
Iouis.	11.	30.	0.
Saturni.	6.	30.	0.

Semidiametri epicyclorum planetarum, in partibus, ex quibus ſemidiameter terræ habet unam.

	Part.	m.	Secund.
Lunę.	5.	4.	30.
Mercurij.	43.	9.	0.
Veneris.	447.	51.	0.
Solis.	0.	0.	0.
Martis.	2819.	1.	0.
Iouis.	2051.	7.	0.
Saturni.	1664.	39.	0.

Circumferentię epicyclorum mediante ſemidiametrorum pręmiſſorum, & proportione 7 ad 22, prius duplatis ſemidiametris, in partibus, quarum ſemidiameter terræ habet (ut iam ſæpè dictum eſt) unam.

	Part.	m.	Secund.
Lunæ.	31.	57.	0.
Mercurij.	271.	13.	0.
Veneris.	2815.	3.	0.
Solis.	0.	0.	0.
Martis.	17719.	3.	0.
Iouis.	12892.	44.	0.
Saturni.	10496.	57.	0.

His omnibus ſic ſuppoſitis, ſi cui libuerit cognoſcere miliaria, aut quot miliaria uni parti epicycli correſpondeant, aut quantæ ſint circumferentiæ eccentricorum, & quot miliaria planeta in epicyclo, aut centrum epicycli in deferēte ſingulis diebus progrediatur, aut quantum centrū deferentis in miliarijs diſtet à cētro mundi: poterit præcedentibus ritè intellectis, id facilè efficere, per miliaria ſemidiametri terræ, & 360 partes, in quas quilibet circulus diuiditur. Igitur non eſt, ut hic diutius immoremur, imò potius res ipſa poſtulat, ut feſtinemus ad explicationem eorum quę in ſecundo tractatu ſeu capite, opus habent aliqua declaratione, in quo ſi ſermo prolixior fuerit quàm ęquum uidetur, habebit excuſationem, quod non inutilia in eo proponentur.

ERASMI

ERASMI OSVALDI SCHRECKENFVCHSII, IN CAPITVLVM SECVNDVM SPHAERAE Ioan. de Sacro Busto, Commentarius.

CAPITVLVM SECVNDVM DE CIRCVLIS, EX QVIBVS SPHAERA

materialis componitur, & illa supercœlestis (quam hæc refert) componi intelligitur.

CIRCVLORVM DIVISIO.



CIRCVLORVM ex quibus Sphæra componitur, quidam sunt maiores, ut sensui patet. Maior autẽ circulus in Sphæra dicitur, qui descriptus in superficie Sphærę super eius cẽtrum, diuidit Sphærã in duo æqualia. Minor uerò, qui descriptus in superficie Sphæræ, eam non diuidit in duo æqualia, sed in portiones inęquales. Inter circulos uerò maiores primò dicendum est de æquinoctiali.

IN tractatu seu capite præcedente, quod primùm obtinet huius compendij locum, generaliter prima tantùm ipsius sphærę præcepta, quæ meritò sibi in quauis scientia principem locum uendicant, ut est Sphæræ definitio, atq; adeò eius diuisio, & generalis & particularis, traduntur unà cum partium declaratione, & quorundam principiorum (quorum cognitionem exactam, autor necessariam, & hoc non absq; imitatione Ptolemaica, arbitratus est ad primi mobilis intellectum) manifestatione. Cæterùm in hoc capite seu tractatu secundo, acturus est & breuiter & luculenter, de circulis, ex quibus sphæra (ut uocatur) materialis, componitur, per quam sphæra supercœlestis intelligitur. Dispescitur hoc caput in tres partes, quarum prima complectitur circulorum diuisionem, in quos ueteres Astronomi magna tam prudentia quàm solertia præditi, cœlum ipsum, docendi nimirum causa, distinxerunt. Horum alij ab autore appellantur maiores, alij minores. Et dum hîc circuli fit mentio, non inconueniens erit, si prius de circuli acceptione paucula quędam proferamus in medium. Animaduertendũ est, ante omnia quod circulus hic non accipitur Geometricè, quemadmodum ab Euclide Mathematicorum principe definitur, primo libro Elementorum, ubi dicit: Circulus est figura plana, una quidem lineą contenta, quæ circumferentia dicitur, &c. imò accipitur pro linea circulari, quæ aliàs appellatur circumferentia seu linea, quę ducitur in corpore sphærico, sed hæc linea non accipitur in pręsenti negotio longitudine absq; latitudine, imò aliquando habet latitudinem unà cum longitudine, sicuti mox uidebitur. Alij circulorum sunt maiores, alij minores, iuxta autoris sententiam, & hoc uerè, qui autem dicantur maiores quiuè minores, ab autore satis declaratur.

Circulus unus alio maior dicitur, quatuor modis. Sed non est prætereundum, nempe quod circulus dicitur maior alio, quatuor modis: primò, dicitur maior ratione magnitudinis corporis cœlestis, cui imaginatur inesse, sicuti est circulus æquinoctialis primi mobilis, maior circulo æquinoctiali octauę sphęrę, siquidem primum mobile est omnium corporum maximum. Huius non obliuiscatur studiosus, harum artium, nempe circulum à circulo diuidi posse, licet inuicem sint dissimilis magnitudinis, & non alter ab altero tangatur. Ideò quamuis æquinoctialis primi mobilis, diuidatur ab æquinoctiali octauæ sphęrę, qui eam in duo æqualia diuidit: tamen primi mobilis maior uocatur, quia ipsum omnia alia corpora includens, maius est. Deinde circulus uocatur maior, ratione apparentiæ, quòd totus supra horizontem appareat, & hoc pacto circulus septentrionalis, qui Arcticus appellatur, maior dicitur, & multi alij, qui describuntur à stellis non occidentibus, quorum sunt pauciores, & plures, secundum poli eleuationem supra horizontem. Tertiò, circulus alio maior appellatur, causa uirtutis influxiuæ. Hac ratione zodiacus reliquis omnib. maior est habendus, & hoc propterea, quòd magis agat in hæc inferiora reliquis. Siquidem Sol, atque reliquæ stellæ erraticæ, sub eo mouentur, & ab eo (Sole excepto) digrediantur, nunc in austrum, nunc aquilonem, ex qua digressione, teste Aristotele, rerum & generatio, & interitus pēdet. Quomodo uerò hoc fiat, dispu tatur abundè ab Aristot. lib. 2, de generatione cap. 9. & cùm non sit huius loci plura inducere, de illis quę ad philosophiæ exactionem pertinet cognitionem, quàm necessitas expostulat pro hoc negotio. Nunc ad quartam rationem, propter quam circulus circulo maior dicitur, transeundum est. De his recensitis circuli maioritatibus, author noster nihil dicet, sed potius de ea, quæ sibi quartum uendicat locum: nempe de ea, qua docemur circulum alio esse maiorem quantum ad unam sphęram, & ita non solùm æquator est ex circulis maioribus, unà cum alijs, qui in hoc tractatu ab autore enumerantur, imò quotquot in primo mobili imaginantur, & idem cum terra habent centrum, & quorum superficies plana per centrum sphęrę transit, ac sphęram in duas partes ęquales diuid. Etsi placuerit facere collationem inter hos circulos & diametrum, conueniet dicere, quod se habent ad sphæram, quemadmodum se habet circulus ad diametrū. Vnde sicut diameter circulum diuidit in duas partes æquales, quia per centrum eius transit: ita etiam quiuis circulorum maximorum diuidit sphęram in duas partes æquales, & hoc propterea, quòd superficies eius plana, transeat per centrum. Hinc facilè scitu est, qui dicantur minores circuli, quorum longè maior est numerus quàm hic numerantur, & sunt, inquam, omnes (ut paucis dicam) qui diuersa centra à sphęrę centro habent, & ipsorum superficies plana non transit per centrum sphęrę. Ex quo sequitur, quòd sphęram in duas partes ęquales minime diuidere possunt, sicuti nec linea extra centrum in circulum ducta, eundem in æquales partes diuidere potest. Hoc clariùs est, quàm ut egeat longa uerborum ambage. Horum (ut etiam hoc dicam) quilibet, & maior, & minor intelligitur, secundum distantiam centri sui, à centro sphæræ.

Circulorum Sphere diuisio alia. Et dum sumus in circulorum diuisione, hoc non negligendum censemus, nē pe quod etiam alias habent diuisiones complures, de quibus adhuc unam addu cere uidetur. quę nos admonet, alios circulorum esse in sphęra intrinsecos, & alios extrinsecos (quod scitu non indignum est) aut mobiles, & immobiles. Posterior appellatio paulò fusior est priore. Intrinseci seu mobiles sunt illi, qui intelliguntur descripti in primo mobili, & cum eo circumuoluūtur, ut est æquinoctialis, zodiacus, coluri, tropici, polares circuli, & alij à punctis primi mobilis descripti. Extrinseci aūt sunt, aut & immobiles sunt, qui non cum primo mobili circū uoluuntur, imò manēt immobiles, de horum numero sunt, meridianus, horizō circuli horarij, uerticales circuli, & progressionum.

Sciendum

Sciendum porrò est, plures esse circulos cœlestes, sicuti suprà dictum est, quàm hîc ab autore numerantur, quorum usus partim ad Astronomiam, partim ad Astrologiã, de qua nunc nihil dicemus necessarius est. Quid multis? tot sunt circuli cœlestes, quot puncta in primo mobili imaginari possunt, hoc ita esse, in progressu satis superq;, Deo uolente, manifestabitur. Sunt circuli horarij, secundum eleuationem poli & depressionem, multipharij, sunt azimuth, & almicantarath plures, quàm quis paucis dicere possit. De his ubi negotium postulabit, dicturi sumus satis. Quamuis decem tantùm sint, qui ad hanc sphæricam tractationem requiruntur: tamen non abs re erit, etsi de reliquis quoque quid dicatur, declaratis prius his, scilicet quid sit æquinoctialis, & quæ habeat officia, quid Zodiacus, duo coluri, Meridianus, Horizon, duo tropici, ac duo arctici seu polares unà cum suis officijs.

Non tantum decē esse in cœlo circulos imaginarios.

Non est ut quis cogitet, aut hos, aut alios circulos consimiles, realiter esse in primo mobili, imò tantum imaginariè aut intellectiuè, causa diuidendi, cœlum in certa spatia & regiones, quarum beneficio, cursus planetarum, obseruantur, atq; ad regulam rediguntur. Ostendunt etiam hi circuli puncta occasus & ortus, item discrimina dierum & noctium, ac uarietates (ut paucis dicamus, quæ sentimus) omnium apparentiarum.

Cæterùm priusquam deueniatur ad particularem circulorum descriptionem, non inconueniens esse uidetur ea, quæ suprà dicta sunt, de circulis uel maiorib. uel minoribus, figura quadam, maioris intelligentiæ causa, illustrare. Non inficiari possum, hoc in sphærico corpore clariùs demonstrari quàm in plano: tamē si quis superiùs dicta, memori tenuerit memoria, nempe lineam rectam, quæ diuidit circulum, se habere ad eundem, quemadmodum superficies circularis ad sphæricum corpus, facilè depræhendet, id quod sequens figura docet. Protrahatur igitur per circulum b c d, linea recta seu diameter b a c, hinc inde applicata circumferentiæ, a cētrum, repræsentet alterum polorum, cui alter opponi intelligatur, hæc linea erit omniū linearum maxima quæ in circulum trahi possunt, cui nō solū maior dari non potest, sed nec æqualis quidem: siquidem per centrum circuli est ducta. Sed ut hoc certiùs atque euidentiùs pateat, addenda est probatio breuis. Sit b c, repræsentās maximum circulum in sphæra seu primo mobili, secans illud in duas partes æquales, quæ uerò non est linea longissima seu omnium aliarum maxima sit g f, & ducantur ex centro a, duæ rectæ lineæ ad extremitates lineæ g f. Quo facto erit constitutus triangulus a g f, habens tria latera recta, per uigesimam primi Euclid. duo latera a g & a f, in triangulo a g f, simul sumpta, sunt lōgiora tertio latere g f. Sed duo latera a g & a f, sunt æqualia diametro b c, per definitionem circuli: siquidem omnes hæ lineæ a b, a c, a g, a f, sunt ex centro. Ergo inuicem æquales, a g, ipsi a b, & a f ipsi a c. Hinc constat, b c diametrum esse maiorem linea g f, quod demonstrasse oportuit. Ex hac figura palàm etiam est, ut antea diximus, quod alicuius circuli centrum in primo mobili remotius fuerit à centro mundi, eò ille circulus minor esse iudicabitur. Huius rei exem-



plum adduceremus, ni res ex linea g f, foret clarior ac manifestior.

DE AEQVINOCTIALI CIRCULO.

Est igitur æquinoctialis, circulus quidam, diuidés sphæram in duo æqualia, secundum quamlibet sui partem æque distans ab utroq; polo. Et dicitur æquinoctialis, quoniam quando Sol transit per illum (quod est bis in anno, in principio Arietis scilicet, & in principio Libræ) est æquinoctium in uniuersa terra. Vnde etiam appellatur æquator diei & noctis, quia adæquat diem artificialem nocti.

Non abre primùm de æquatore dicere autori placuit, siquidem ille ita fixus imaginatur, & maximus in primo mobili, quòd nullus aliorum illi conferendus sit, quatenus pertinet ad multipharia officia, quę pręstat in tota astrorum scientia, sicut infrà audietur. Hic textus in tres diducitur partes, in prima definit æquinoctialem & eius officium, in secunda dicit quot modis dicatur, & in tertia ostẽdit quid sit primus motus, quid'ue secundus, & unde dicantur poli. Aequatoris definitio sumpta est ab eius officio, & ponitur uox circulus, loco generis, quo cõuenit cum omnibus circulis, & maioribus & minoribus: & ut à minorib. discernatur, additur.

Definitio Aequatoris.

Diuidens sphæram in duo equalia, &c.

Quod nõ fit, nisi per circulum cæteris maiorem in sphęra, Quod autem dicit:

Aequidistans ab utroq; polo, &c.

In eo distinguitur differenter à reliquis circulis maioribus. Hęc manifesta sunt ex pręedictis. Et dicitur æquinoctialis) Is circulus nobilis, nõ tantùm hęc tria nomina, quorum in textu fit mentio, habet, imò plura. Nam appellatur etiam linea æqualitatis diei, aut linea, siue orbis æquationis diei, ab alijs dicitur æquidialis: unde à Romanis utrunq; æquinoctium, ęquidiale aut ęquidium dicitur. Sed dicitur cingulus primi motus, & non impropriè, quia sicut cingulus seu cingulum diuidit corpus nostrum in duo æqualia, sic circulus iste diuidit sphęram seu primum mobile per medium. A Plinio uerò, appellatur centrum terræ, & quidem non inconuenienter, siquidem omnes circuli paralleli, à centro Solis per motũ primi mobilis descripti, centra sua habeant extra centrum terræ: & tantùm ęquator, qui tùm cùm Sol fuerit in puncto ęquinoctiali, motu primi mobilis describi imaginatur, habet idem centrum cum terra, per quod planum ęquatoris, tùm temporis transire intelligitur. Hęc est causa Plinianæ appellationis, mea sententia. Quod autem fiat ęquinoctium, Sole existente sub ęquatore, per uniuersam terram, de hoc nihil dubij est.

Aequatoris appellatiões

Sed quando & quomodo id fiat, si uolumus sequi Alphonsinorum traditionem de octaua Sphęra, non parua orietur controuersia. Sunt equidem multa, in astrorum scientia difficilia, sed nullum eorum perinde difficile est, atque octauę sphęrę (à qua pendet ęquinoctiorum cognitio) tractatio. Quantum hactenus ingenia quęq; acutissima in hac re sudauerint, non nouit, nisi qui multa legerit. Quantam autem operam in hoc negotio Purbachius, Regiomontanus, Vuernerus, & ex ueteribus Ptolemęus, Hipparchus, & nostra ætate Stofflerus, ac Nicolaus Copernicus, nauauerint, id ex eorum monumentis manifestum euadit. His accedunt etiam contentiones doctissimę Alberti Pigkij, & Beneuentani, & multorum aliorum. Nemini profectò quicquã de suis laboribus derogatum uolo: siquidem quisq; horum, in tanta & tam obscura re, omnes exeruit uires suas,

Difficultas in equinoctiorum cõprehensione propter motum octauæ sphæræ nondum satis cognitum.

ut

ut ad id quod uolebat deuenire posset: si non successit, nostrum est boni consulere eorum indefessa studia.

Tamen priusquam digrediar ab hoc loco, proferam etiam meam sententiam, quos, scilicet imitandos in hac re censeam. Certò quidem constat, quod ueteres, qui longè ante Ptolemęum, Hipparchum, Timocharidem & alios astrorum diligentiores inspectores fuerunt, ignorabant inerrantium stellarum motū. Hinc opinati sunt æquinoctia & solstitia semper in ijsdem partibus signorum zodiaci fieri. Horum, inquam, signorum initium sumpserunt, circa uernalem sectionē à prima nimirum, stella arietis, quæ alias suo ortu præcedit. Hipparchus uerò primus post Timocharidem, accuratius anni quantitatem obseruans, teste Ptolemæo, animaduertit, postquā Timocharidis obseruationes contulit cum suis, inerrantium stellarum sphęram progredi motu suo ab occidente in orientem, sed motu tardissimo, nempe in singulis centum annis, ad unum gradum, ita ut Sol citius ueniat suo motu ad sectionem uernalem, in qua æquinoctium uernū fit, quā ad primam stellam arietis. Huius rei etiam testis est Columella cap. 1. lib. 1. auctor non malus, item Plinius. Et ad saluandum huius stellarum inerrantium motus rationem, non opus habebat pluribus sphęris mobilibus quā nouem: & nisi posteriores animaduertissent, adhuc alium inesse cœlo motum, ueteribus prorsus ignotum, nunc nihil laboraremus in æquinoctiorum inuestigatione. Si quidem iuxta Hipparchi, & Ptolemæi positionem ac sententiam octaua sphęra semper foret sub sphæra nona, & nihil ab ea deflecteret. Atqui posteriores obseruatores Astrorum, ex sedula cœli inspectione, repererunt maximam Solis declinationem uariari, & inerrantes stellas inæqualiter moueri, quod ueteribus (ut dictum est) omnino erat incognitum. Quare illis cogitandū erat, de modo istarum uariationum saluandi, & ut plerumq; fit in rebus difficilioribus, ipsi diuersimodè de hac re senserunt, aliter, inquam, Thebitius, & aliter Alphonsini, uti uidere est in Theoricis planetarum. Ex hac inæquali stellarum inerrantium, & ęquinoctiorum uariatione, factum est, quod posteriores aliam anni quantitatem quàm priores, inuenerint. Nam Hipparchus & Ptolemęus, statuerunt suis temporibus anni tropici quantitatem, Dierum 365, Hor. 5. m̄ 55. secund. 12. Alphonsini D. 365. Hor. 5. m̄. 55. secund. 12. Albategnius D. 365. Hor. 5. m̄. 46. secund. 36. Cardanus D. 365. Hor. 5. m̄. 48. secund 41. tert. 47. Thebitius posuit sydereū annum esse D. 365 Hor. 6, m̄ 9, secund. 39. qui est spacium temporis quo Sol redit ad eandem stellam fixam. Tropicus uerò, est reuersio Solis post totius zodiaci emensionem, ad punctum ęquinoctiale seu solstitiale. Hinc mutatis dictis punctis, aut in præcedentia, aut in antecedentia, sicut fieri hactenus animaduersum est, tunc anni quantitas alia atq; alia repetitur ab artificibus. Quid multis? Thebitij traditio de octaua sphęra constare non potest, siquidem in hunc usq; diem, nihil aut parum earum uisum est, quę ille supposuit, sicuti est uidere in maximis Solis declinationibus, quę secundum illius speculationem, nunc non minores debebant esse quàm tempore Ptolemæi, sed obseruationes reclamant. In stellis inerrantibus etiam quædam ueritati dissona reperiuntur. Hęc non dixerim, quod illius authoritati quidquā derogatum uelim, cum fuerit Astronomus sagacissimus, & motus trepidationis repertor primus & ingeniosissimus: iuuit inquam, posteriores plurimum in indaganda ueritate, pręstitit sedulò ac fideliter quod potuit in hac re, immensorum laborum plena. Nunc uenio ad Alphonsinas theorias ac speculationes, quę quantum deuient à ueritate, & claudicent, uel inde manifestum est, quòd non solùm obscurè propositæ sint, uerumetiam nullis quoad octauam sphęram fundamentis, & obseruationibus innitantur, quod facile patet illi, qui motuum initia secundùm Alphonsinos rectiùs intuebitur, aut æquinoctia, quę (uti patebit mox) deberent in alijs diebus contingere


Anni Diuisio.

E 5 quàm

quàm in ephemeridibus notantur: uernum, nimirum æquinoctium, circa sextū diem Martij, & ſic de alijs punctis mobilibus exiſtimandum eſt, ut ſunt duo ſolſtitia, & æquinoctium autumnale, quòd longè abeſt à communi Aſtronomorum opinione.

Alphonſinorum de octaue ſphere motu, theoriea.

Cæterùm ut hæc planiora fiant, paucula præmittenda cenſeo, de octauę ſphęrę theoria. Nam Alphonſini imaginantur, in eclyptica nonę ſphęrę duo puncta diametraliter ſibi oppoſita, quæ capita Arietis & libræ appellantur, eaq; moueri ad motum nonę ſphęrę ſub decima, in polis eclypticę eiuſdem. Hic motus in tabulis, augium, & ſtellarum fixarum, appellatur, & circa hęc ueluti centra, duos paruos circulos deſcribi, à duobus punctis octauę ſphęrę, ſub qua Sol ſemper mouetur, & nunquàm ab ea digreditur. Huius ſphęrę motus in paruis circulis, uocatur motus acceſſus & receſſus, ab alijs autem uocatur motus trepidationis: & cùm hęc duo puncta fuerint in contactibus ſuorum circellorum, quia deferūt ſecum eclypticam octauę ſphęrę unà cum uia ſolari. Sunt autem puncta illa in locis dictis, puncta maximarum remotionum eclypticarum, nonę & primi mobilis, & appellantur in Tabulis capita mobilia Arietis & libræ octauæ Sphęrę.



Hinc

Hinc patet, æquatorem primi mobilis in alio loco ſecari ab eclyptica nonæ ſphę ræ, & in alio ab octauæ ſphæræ eclyptica. Si igitur quis ſecundùm canones Alphonſinos (qui ſtatuunt initiũ motuum ab eo loco, ubi eclypticæ primi mobilis, & nonę ſphęrę ſecant æquatorem primi mobilis) in motibus cœleſtibus uenandis proceſſerit conuincetur facilè, niſi ſit theoricæ octauæ ſphęrę ignarus, æquinoctium uerum (de medio nihil certi ſtatui poteſt) ſecundùm Alphonſinos, iam præceſsiſſe. Siquidem certum ſit, antedicta loca, ſectionem ſcilicet æquatoris & uiæ ſolaris, contingere ante ſectionem nonę ſphæræ, & dicti æquatoris, quemadmodum ex ſubiecta figura utcunqꝫ manifeſtum euadet.

Sit igitur in figura pręcedenti u p x q eclyptica primi mobilis, i k m æquator primi mobilis, s d r nonæ ſphęrę eclyptica, nunquã digrediens ab eclyptica primi mobilis, s h c octauę ſphęrę eclyptica, diſtans nunc tẽporis ab eclyptica primi mobilis, ſecundum quantitatem arcus d h. Punctus d, ſit caput arietis nonæ ſphæræ, e punctus capitis arietis octauæ ſphærę, m primi mobilis, b polus eclypticę octauæ ſphęrę, a nonæ & primi mobilis, c æquatoris, a m o pars arcus trãſeuntis per polos eclypticę primi mobilis, & ſectionem eiuſdem cum æquatore, ſcilicet m. & b l n, arcus circuli tranſeuntis per polos octauæ ſphęrę, & ſectionẽ, ſcilicet ęquatoris primi mobilis, & octauę ſphęrę. Intelligatur uia ſeu motua Solis n ſquam digrediens ab eclyptica octauę ſphęrę t s h, & fieri in pręcedentia a b s, t s h f, & ſic deinceps, a d g ſit arcus circuli, qui intelligitur per polos primi mobilis, & caput arietis nonę ſphęrę. Octaua ſphæra non erit ſub nona aut primi mobilis, niſi cùm punctus e, caput nimirum octauę ſphęræ, fuerit ſub s è t quod cùm fit, tunc continget ſectio eclypticę octauę ſphęrę cum ęquatore, in eodem loco, ubi aliarum eclypticarum, in puncto ſcilicet m, & carebit etiam omni latitudine. Si autem res aliter ſe habebit, ita quod punctus e, quemadmodũ nunc temporis fit, fuerit extra eclypticam nonę ſphæræ: deflectet illa eclyptica octaua à reliquis eclypticis, ut Sol, quando fuerit ſub illo circulo, qui imaginatur per poles eclypticę primi mobilis, & ſectionem eiuſdem & ęquatoris, uti eſt a m o, deflectet plurimum ab eclyptica dicta, ſecundùm quantitatem arcus e z, aut z m. Nunc libenter audirem aliquem tabularum Alphonſinarũ propugnatorem, quomodo uelit tam manifeſtum errorem defendere, qui contingit in ęquinoctiorum poſitione. Beneuentanus, & Pigkius uterqꝫ in hac re egregiè laborauit, Pigkius partes ſuas ſatis tueri non poteſt, quia ex diametro quaſi pugnat cum obſeruationibus, ſicuti in ſequentibus manifeſtabitur.

Beneuentani phantaſia propius accedit ad uerum, qui imaginatur centra circellorum ſeu capita arietis & librę nonę ſphęrę, ęquabili & uniformi motu remoueri à uagis ſectionibus ęquinoctiorum, non aliter ac Luna aut alius planetarum, in ſuo epicyclo ab apogio medio, quod quoqꝫ inſtabile eſt, dimouetur, & ut ſuas partes certiùs tueatur, intelligit ęquationem octauę ſphęrę, eſſe arcum mobilis eclypticę interceptum inter duos arcus magnos, quorum alter per centra circellorum, & utriuſqꝫ eclypticę polos incedit, & æqualem motum à uaga ſectione terminat, alter uerò per polos, & capita mobilis eclypticę, ſicuti eſt arcus in mobili eclyptica h f. qui terminatur à dictis duobus arcubus, ſcilicet a g & a p. Motus ęqualis in octaua ſphęra ſit (ut Beneuentanus definit) arcus l h, & moueatur caput arietis d, nonę ſphęrę, à puncto mobili l, motu uniformi in pręcedentia. Quamuis hæc ſpeculatio ſit arguta & plauſibilis, tamen calculum Alphonſinum prorſus euertit. En obſecro incertitudinẽ hypotheſium Alphonſinarum, quam etiam maximę Solis declinationes arguunt. Demus quod ſint firmę, ſequetur nimirum maximas Solis declinationes aliquando fuiſſe aut futuras eſſe maximas, ſcilicet 32 grad. 51 m̃. aut minimas: ſcilicet 14 grad 51 m̃. quod nunquã hactenus contigiſſe ex ueterum obſeruationibus conſtat. Nolo


Beneuentani ſpeculatio dè difficili Octaue ſphæræ motu.

ſicuti

sicuti hactenus semper præfatus sum, quidq́ detrahere laboribus optimorum uirorum, quos scimus sedulò laborasse in hac re tùm obscurissima, tum difficilima: tamen, cum dici solet, posterior dies prioris est magister, dicendum uidetur quod res est, nempe, Pigkium sedulò laborasse & Beneuentanum, ut retinereni ueterum inuenta rata, ut dici solet, & firma, operam & oleum non perdidisse. Cæterùm cùm constet, duplici ratione puncta mobilia æquatoris, & eclypticę octauę sphęrę esse mobilia, nempe ratione obliquationis octauæ sphærę ad sphęram primi mobilis, deinde quòd octaua sphęra habeat aliquam uariationē illorum punctorum, propter accessum aut recessum sui ipsius: si possemus hūc motum nonæ sphęrę, à uago principio incipientem, quamuis sit tardissimus, ęquare, sicuti in Luna, tunc omnibus modis accederem sententiæ Beneuentani. Sed ne uideat ueterum inuenta uelle excutere è manibus studiosorum, stabo à sententia Beneuentani, donec oriatur melior ac probabilior Alphonsinorum opinione de octaua Sphęra.

Patet equidem, quod motuum principium iuxta sententiam Beneuentani statuitur in præmissa figura in octauę sphęræ eclyptica s h f, in puncto l, & in eclyptica primi mobilis in puncto n: sed secundùm Alphonsinas, incboantur motus tam inerrantium quàm errantium in puncto m, eclypticę primi mobilis, in quo deberet, ut ipsi opinantur, contingere æquinoctium, in ephemeridibus notatum. Quàm absurdum sit hoc opinari, nemo non nouit, nisi mente captus: siquidem certò constat, æquinoctium tunc contingere, quando Sol fuerit sub ęquatore: quomodo obsecrò erit sub æquatore, eo existente in puncto z, ubi habet latitudinem seu distantiam ab eclyptica primi mobilis e z, seu z m, post sectionem ęquinoctialem secundum quantitatem arcus l z, in octaua sphęra, aut m n, in primo mobili?

Sed dum hæc talia sint, quæ satis nudis figuris explicari non posaint illis, qui in hoc puluere non benè uersati sunt, nunc porrò res altiùs ac plenius repetenda est, & hoc numeris, prius adiecta figura, pro hoc negotio commodiùs illustrando. Eclypticę & ęquator suis nominibus signatę sunt, quarum centra seu poli sunt, a b & c, punctus d, est centrum circelli, qui describitur per caput Arietis octauę sphæræ. e est caput Arietis octauę sphęrę. Et ut operatio foret facilior, descripsimus aliquot quartas, iuxta exigentiam doctrinæ triangulorum sphæricorum, nempe ex centro parui circuli, quartam coluri æquinoctiorum d b, punctus b, est polus septentrionslis æquatoris seu diurni motus, & ex eodem polo per caput Arietis octauę sphærę, descripta est alia quarta h e f, Deinde ex polo eclypticę primi mobilis i, intelligitur descripta esse i e d quarta, h i o sit quarta coluri solstitiorum, m n b, postrema quarta quę requiritur ad hanc operationē. Paruus circulus cum suo centro, intelligitur esse in sectione eclypticę primi mobilis & ęquatoris, & caput Arietis octauę in summo suo puncto septentrionali. Nunc libet experiri, quāta fuerit declinatio dicti capitis, arcus scilicet f e, ad hūc situm, & quantum caput Arietis octauę, abfuerit à sectione ęquatoris & uię Solis, ubi solebat contingere uerum ęquinoctium: hoc est, quantus fuerit arcus octauę sphęrę g e, item g d ęquatoris. In triangulo d e f, latus d e notum est, quod est semidiameter parui circuli, & est secundum Alphonsinos, 9 grad. de magni circuli gradibus, unà cū angulo e d f, qui est cōplementum maximę Solis declinationis, nempe 66 grad. 30 m̄. dum maxima Solis declinatio pręsupponitur 23 grad. 30 m̄, ut est arcus h i, cuius complemētum est i o. Sinus totus, scilicet d i, est 60, partium, subtensa arcus d e, 9 part. 23 m̄. 10 secund. & i o, 55 part. 1 m̄. 25 secūd. Secundū doctrinā triangulorū sphęricorum, est proportio d e ad i o e a, quę est d e ad e f. Nunc ordinatis numeris, ut decet, iuxta regulam proportionū, scilicet, 60|55, 1, 25,|9, 23, 10|& ducto secundo in tertium, ac producto diuiso per primum: prosilie-


h
l
k
e
f
g
o
d
m
b
n
c
a
Aequator
Eclyptica Octaue Sphere
Eclyptica None Sphere
Eclyptica primi mobilis

parui circuli in sectione eclypticæ primi mobilis & æquatoris, uerūm ęquinoctium ante iam dictam sectionem diuidas 21 grad 6 m̄. per medium motum Solis in uno die, nempe per 59 m̄ 8 secund. & uidebis in producto 21 D. 5 Hor. 49 m̄. Totidem inquam diebus & horis, possunt distare ab inuicem, sectio uiæ solaris & æquatoris, ac sectio dicti æquatoris & eclypticę primi mobilis, quod demonstrare libuit.

Et priusquā digrediamur, uisum est etiam ostendere, quantum distiterint ab inuicem, anno 1503, Mense Maij, D. 10. Hor. 10. à meridie, quo tempore D. Ferdinandus Imp. Romanorum inuictissimus Modinę in hanc lucem prodijt.

In figura hac, sunt (non secus atq; in præcedenti) eclypticę singulę suis nominibus signatę, unà cum ęquatore, in ea est a, punctus, polus octauæ sphęrę, b nonę & decimę, e centrum parui circuli, d caput Arietis octauæ sphęrę, x polus ęquatoris, f sectio æquatoris & uiæ solaris, in qua contingit æquinoctium uerum uel apparens, e sectio ęquatoris & eclypticę primi mobilis, a e n, pars coluri ęquinoctiorum, a e o pars circuli transeuntis per puncta uera ęquinoctialia, ac polos octauę sphęrę, a c m quarta circuli transeuntis per centra paruorum circulorum, & polos eclypticę primi mobilis, & a d l quarta transeuntis circuli per polos octauę sphęrę, a g p, quarta coluri solstitiorum, & a k i pars coluri mobilis, e c arcus motus stellarum fixarum & augium iuxta Alphonsinos, e q arcus augis communis, f y est arcus inter uerum ęquinoctium & opinabile, qui quęrendus proponitur, d q latitudo eclypticę mobilis ab eclyptica fixa, q r latitudo meridionalis, hoc est, sectio ęquatoris, & circuli transeuntis per polos octauę sphærę, & caput Arietis mobilis, d q r arcus, sit tota latitudo, hoc modo, commodissimè proceditur. Aux communis est ex prædictis, ad tempus nostrum constitutum, 19 grad. 47 m̄. 3 secund. ut est arcus e q Argumentum accessus & recessus, arcus nimirum in paruo circulo s d, est 2 Sig. 16 grad. 27 m̄. 54 secund. complementum eius, scilicet arcus d z, est 13 grad. 32 m̄ 6 secund. E tabulis inuentus est arcus d q, 2 grad. 5 m̄. 51 secund. Arcus g h pręsupponitur, sicut antea, 23 grad. 30 m̄. huius complementum, nempe arcus g a, est 66 grad. 30 m̄. & complementum augis communis, arcus uidelicet z h, in eclyptica primi mobilis, est 70 grad. 12 m̄. 57 secund. Subtensæ horum complementorum sunt, primi uidelicet, 55 partiū, 1 m̄. 25 secund alterius autem: 56 partium, 27 m̄. 10 secund. de quibus sinus totus est 60, Intelligantur insuper duo trianguli rectanguli, a h q, & a g r, horum triangulorum per decimam quintam sexti Euclid. sunt latera proportionalia, puta: quæ est proportio a h ad h q, ea est ipsius a g, ad g r. Ex complementis prędictis & sinu toto, innotuit subtensa arcus g r, 51, 46, 18, & arcus ipse, 59, 38. quorum duo recti sunt 180, & remoto hoc arcu á quarta g e, scilicet 90 grad. residuatus est e r, 30 grad. 22 m̄. sinus eius est, 30. 19. 55. & sinus maximæ Solis declinationis 23, 55, 30, per doctrinam triangulorum sphęricorum. Ordinatis numeris, ut sequitur, 60 | 23, 55, 30 | 30, 19, 55 | & operatione ritè confecta, prodierunt pro sinu arcus q r, 12. 5. 43, ipse arcus uerò, 11 grad. 37 m̄. 0 secund. his adiectis 2 grad. 5 m̄. 51 secund. prodijt tota latitudo d r, 13 grad. 42 m̄. 51 secund. & sinus eorum est, 14. 13, 38. Porrò quę est proportio, i k ad k f, eadem est proportio d r ad r f. Tria sunt nota, scilicet k i, 23, 55, 30 | k f, 60 | d r, 14. 13. 38. his positis innotuit quartum r f, per regulam proportionum: 35, 40, 47, & arcus ipse f r, 36 grad. 29: Hinc subducto r e arcu, nempe 30 grad. 22 m̄ remanserunt pro f e, 6 grad. 7 m̄. Et ex proportione arcus f k, ad k i, & f e ad y e, inuenimus arcum e y, 2 grad. & 26 m̄. Nunc intelligantur rursus duo trianguli rectanguli, a e k & a y i, a e est complementum, y a arcus, 87 34, & e k est compl. quartę f k, nempe 83, 53, horum complementorum prioris sinus est 59, 56, 45, & posterioris 59, 39, 30, a y quartę sinus, est 60. Ex his tribus numeris datis, inuenimus per doctrinam triangulorum quartum, scilicet y d i, 59. 42 44. horum arcus

cus nobis inuentus, eſt 84 grad. 23 m̄. hoc ſublato à 90 grad. reliquus fuit arcus ſ y, 5 grad. 37. m̄. quo differt uerum æquinoctium ab illo ęquinoctio, quod pręſupponunt Alphonſini in ſuo abaco, quę differentia in tempore facit, 5 D. 2 Hor. 59 m. Tants erat diſtantia æquinoctiorum ium, cùm D. Ferdinandus Imp. Romanorum potentiſsimus, Modinæ in hunc prodijt mundum. Ex hoc operoſo calculo, uides lector optime, opinionem Alphonſinorum de initio motuum ac æquinoctiorum prorſus infirmam eſſe, & nullis inniti fundamentis, & Beneuentanum multò melius de hac re ſentire quàm Pigkium, ut Deo aſpirante noſtris conatibus, alibi copioſiùs dicemus.

Et dicitur cingulum primi motus.

Vnde ſciendū, quod primus motus, eſt motus primi mobilis, hoc eſt, nonæ ſphæræ, ſiue cœli ultimi, qui eſt ab oriente per occidentem, rediens iterum in orientem, qui etiam dicitur motus rationalis, ad ſimilitudinem motus rationis, qui eſt in microcoſmo, id eſt, in homine, ſcilicet, quando fit conſideratio à creatore per creaturas in creatorem, ibi ſiſtendo.

Secundus motus eſt firmamenti & Planetarum, contrarius huic ab occidente per orientem iterum rediens in occidentem, qui motus dicitur irrationalis, ſiue ſenſualis, ad ſimilitudinē motus microcoſmi, qui eſt à corruptibilibus ad creatorem, iterum rediens ad corruptibilia.

Dicitur ergo cingulum primi motus, quia cingit ſiue diuidit primū mobile, ſcilicet ſphæram nonam in duo æqualia, æque diſtans à polis mundi. Vnde notandum, quòd polus mundi, qui nobis ſemper apparet, dicitur polus ſeptentrionalis, arcticus uel borealis. Septentrionalis dicitur à ſeptentrione, hoc eſt, à minori urſa, à ſeptem & trion, quod eſt bos, quia ſeptem ſtellæ, quæ ſunt in urſa, tardè mouentur ad modum bouis, cùm ſint propinquæ polo. Vel dicuntur illæ ſeptem ſtellæ, ſeptentriones, quaſi ſeptem teriones, eo, quòd terunt partes circa polum. Arcticus quidem dicitur ab ἄρκτος, quod eſt urſa. Eſt enim iuxta maiorem urſam. Borealis uerò dicitur, quia eſt in illa parte, à qua uenit Boreas.

Polus uerò oppoſitus dicitur antarcticus, quaſi contra arcticum poſitus, dicitur & meridionalis, quia ex parte meridiei eſt, dicitur etiam auſtralis, quia eſt in illa parte, à qua uenit auſter. Iſta igitur duo puncta in firmamento ſtabilia, dicuntur poli mundi, quia ſphærę axem terminant, & ad illos uoluitur mundus, quorum unus ſemper nobis apparet, reliquus uerò ſemper occultatur. Vnde Vergilius in primo Georgicorum:

Hic uertex nobis ſemper ſublimis, at illum
Sub pedibus ſtyx atra uidet, manesq; profundi.

Quòd æquator dicatur cingulus &c. id ab autore iam luculenter interpretatur.

quod

quod uideatur superuacaneum esse, diutiùs in hac re hærere ac immorari. Quare autem dicatur rationalis, &c. de hoc aliquid pro rei exigentia in medium proferre uisum est. Constat enim apud Philosophos, mundum duplicem esse, nempe magnum & paruum. Magnus est compositus ex quinque corporibus, quatuor uidelicet elementis, & corpore cœlesti, à quo omnia complectuntur ac cōtinentur, extra quem nihil est, ut opinantur Philosophi. Paruus autem est ipse homo, qui duplici ratione comparatur magno mundo: altera, quòd motu intrinseco & uoluntario, hoc est anima ipsa intellectiua, non secus ac tota sphæra cœlestis ab intelligentia quadam intrinseca, & sibi appropriata, mouetur. Altera, quòd sicut magnus mundus omnia continet realiter, ita & homo per cognitionem omnis continet, & omnia cognoscit, eique nihil est incognitum. Sed hoc non ignorandum est, nempe quod in homine, unde non immeritò paruus mundus appellatur, duplex sit motus, ut est autoris sententia, procedēs ex duplici uirtute: unus inquam fluit à ratione superiori, & intellectuali, unde dicitur motus rationalis, quo rapitur homo ab his terrenis & caducis rebus, ad superiora semper permanentia, puta creatorem omnium, & cùm finis eius sit optimus, & cum ratione & uictoria uirtutis superioris intellectualis iunctus, dicitur rationalis. Alter horū motuum est hominis, qui ut dictum est, paruus à Philosophis appellatur mundus, & uocatur irrationalis seu sensualis, qui sumit initium à ratione inferiori, quo motu homo nil curat neque de creatore, neque de rebus diuinis, & sempiternis, imò tantùm corruptibilia, & sensibus grata diligit, & curat. Horum motuū prior (autoris sententia) communicat cum motu primi mobilis: posterior uerò cum motu secundorum mobilium. Ex his (ut puto) satis constat, quid autor uelit per motum rationalem, & motum irrationalem.

Postremò sciendum est, autorem, quādo meminit tantùm nonæ sphæræ pro primo mobili, quod loquatur more Thebitij, aut Ptolemæi, quorum uterque tantùm nouem posuit sphæras, sicuti alibi cognoscere datur, & quidquid insuper de polis prolixè, & doctè meminit in textu, si quid à quoquā desyderatur, recurrat ad suprà dicta. Et antequam ad alia fiat transitus, commemorare libet quæ sint æquatoris officia præcipua. Primò, æquator est regula primi motus, nam ostendit in singulis horis de eo 15 gradus ascendere, & totidem descendere. Vnde liquet in 24 horis totum primum mobile in polis mundi circumuolui. Secundò, ostendit æquinoctia, quæ (ut suprà copiosè dictum est) contingunt, Sole existente sub æquatore, quod in singulis annis bis contingere manifestum est, in punctis nimirum ubi uia solaris secat æquatorem. Tertio, ascensiones & descensiones signorum in hoc obseruantur, cum rectæ tum obliquæ, ex quibus, uti audietur suo loco, longitudo diei & noctis artificialis cognoscitur. Quartò, diuidit cœlum in duas partes, quarum altera septentrionalis, altera autem meridionalis appellatur: unde stellarum tam errantium quàm inerrantium dicuntur declinationum denominationes, an ne sint meridionales, aut septentrionales. Quintò, est mensura temporis, hoc est, diei naturalis de quo audietur pòst. Sextò, maximè prodest Geographia pro inueniendis locorum distantijs, item ad fabricandum instrumenta astronomica, præter hæc officia habet multa alia de quibus iam non dicendum est. Nunc porrò uertatur stilus ad descriptionem zodiaci ac eius officiorum.

Officia æquinoctialis.

DE ZODIACO CIRCVLO.

EST alius circulus in sphæra, qui intersecat æquinoctialem, & intersecatur ab eodem in duas partes æquales, & una eius medietas declinat uersus septentrionem, alia uersus austrum. Et dicitur iste circulus zodiacus à ζωή, quod est uita, quia secundùm motum Planetarum sub illo est omnis uita in rebus inferioribus. Vel dicitur à ζώδιον, quod est animal, quia cùm diuidatur in duodecim partes æquales, quælibet pars appellatur signum, & nomen habet speciale à nomine alicuius animalis propter proprietatem aliquam conuenientem tam ipsi, quàm animali: Vel propter dispositionem stellarum fixarum in illis partibus ad modum huiusmodi animalium. Iste uerò circulus Latinè dicitur signifer, quia fert signa, uel quia diuiditur in ea. Ab Aristotele uerò in libro de generatione & corruptione dicitur circulus obliquus, ubi dicit, quod secundùm accessum & recessum Solis in circulo obliquo, fiunt generationes & corruptiones in rebus inferioribus. Nomina autem signorum, ordinatio, & numerus in his patent uersibus.

Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
Libraq́, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Pisces:

Quodlibet autem signum diuiditur in 30 gradus. Vnde patet, quod in toto zodiaco sunt 360 gradus. Secundùm autem Astronomos iterum quilibet gradus diuiditur in 60 minuta, quodlibet minutum in 60 secunda, quodlibet secundum in 60 tertia, & sic deinceps usque ad decem. Et sicut diuiditur zodiacus ab Astronomo, ita & quilibet circulus in sphæra, siue maior siue minor in partes consimiles.

Cum omnis etiam circulus in sphæra præter zodiacum intelligatur, sicut linea uel circumferentia, solus zodiacus intelligitur ut superficies, habẽs in latitudine sua duodecim gradus, de cuiusmodi gradibus iam locuti sumus. Vnde patet quod quidam mentiuntur in Astrologia dicentes, signa esse quadrata, nisi abutentes nomine, idem appellẽt, quadratum & quadrangulum. Signum enim habet gradus 30 in longitudine, 12 in latitudine.

Linea autem diuidens zodiacum in circuitu, ita quod ex una parte sui relinquat sex gradus, & ex alia parte alios sex, dicitur linea ecliptica, quoniam quãdo Sol & Luna sunt linealiter sub illa, contingit eclipsis Solis aut Lunę. Solis, ut si fiat nouilunium, & Luna interponatur rectè inter aspectos nostros & corpus solare. Lunæ ut in plenilunio, quãdo Sol Lunæ opponitur diametraliter. Vnde eclipsis Lunæ nihil aliud est, quàm interpositio terræ inter corpus Solis & Lunæ. Sol quidẽ semper decurrit sub ecliptica, omnes uerò alij Planetæ declinant, uel uersus septentrionem, uel uersus austrum, quandoq; autem sunt sub ecliptica. Pars uerò zodiaci, quę declinat ab æquinoctiali uersus septentrionem, dicitur

dicitur ſeptentrionalis, uel borealis, uel arctica. Et illa ſex ſigna, quæ ſunt à principio arietis uſque ad finem uirginis, dicuntur ſigna ſeptentrionalia uel borealia. Alia pars zodiaci, quæ declinat ab æquinoctiali uerſus meridiem, dicitur meridionalis uel auſtralis, uel antarctica. Et ſex ſigna, quæ ſunt à principio Libræ uſque in finem Piſcium, dicuntur meridionalia uel auſtralia.

Cùm autem dicitur, quod in ariete eſt Sol, uel in alio ſigno, ſciendũ quod hæc præpoſitio IN, ſumitur pro ſub, ſecundùm quod nunc accipimus ſignum. In alia autem ſignificatione dicitur ſignũ pyramis quadrilatera, cuius baſis eſt illa ſuperficies, quam appellamus ſignum, uertex uerò eius eſt in centro terræ. Et ſecundum hoc propriè loquendo poſſumus dicere, Planetas eſſe in ſignis.

Tertio modo dicitur ſignum, ut intelligantũr ſex circuli tranſeuntes per polos zodiaci, & per principia. 12 ſignorum, illi ſex circuli diuidunt totam ſuperficiem ſphæræ in 12 partes, latas in medio, arctiores uerò iuxta polos zodiaci, quælibet pars dicitur ſignum, & nomen habet ſpeciale à nomine illius ſigni, quod intercipitur inter ſuas duas lineas. Et ſecundùm hanc acceptionem, ſtellæ, quæ ſunt iuxta polos extra zodiacum, dicuntur eſſe in ſignis.

Item intelligatur corpus quoddam, cuius baſis ſit ſignum, ſecundũ quod nunc ultimò accipimus ſignum, acumen uerò eius ſit ſuper axem zodiaci. Tale igitur corpus in quarta ſignificatione dicitur ſignum, ſecundum quam acceptionem, totus mundus diuiditur in duodecim partes æquales, quæ dicuntur ſigna, & ſic quicquid eſt in mundo, eſt in aliquo ſigno.

In hoc textu hæc potiſsimum ab autore tractãtur, ſcilicet. Definitio zodiaci, & unde dicatur, quas habeat appellationes, quare obliquè ſit creatus, in quot ſigna diuidatur, quæ ſit ſignorum diuiſio ulterior, quod tantùm huic circulo latitudo quædam attribuatur, & quare hoc fiat. Item quid ſit eclyptica, & quot modis ſignum ſit accipiendum. De his omnibus nunc dicendum erit ſingillatim.

Et ne quis cogitet horum circulorum excogitationem atque imaginationem eſſe fruſtraneam, ante omnia oſtendendum eſt, quid ueteres mouerit hunc etiã circulum excogitare. Quoniam conſtat, cùm cœlum diſtinxiſſent per æquatorem in duas partes, ut uiſum eſt, æquales, & motum ſtellarum errantium diligentiùs obſeruaſſent, quod uiderint, eas proprijs motibus ab æquinoctiali nunc ad auſtrum, nũc ad meridiem deflectere, & hoc ad certos limites, ad quos cùm peruenerint deinde iterũ ad æquinoctialem redire. Quid multis? cùm obſeruaſſent planetas ſemper eundẽ inceſſum ac uiã retinere, eamque uiã cœlũ ac æquinoctialem per obliquũ ſecare, uocarũt eã zodiacũ. En habes cauſam huius circuli excogitationis. Definitur zodiacus, quod ſit unus ex circulis maioribus, qui interſecat æquatorẽ, & interſecat ab eodẽ. Ex hac interſectione ſtatim euidẽs uadit, polos zodiaci alios eſſe à polis mũdi, illumque ex proprijs polis deſcribi. Tres iuxta Alphonſinorũ ſententiã imaginãtur eclypticæ, ſcilicet eclyptica primi mobilis,


Obliquitas zodiaci quo modo obſeruata ſit.

Eclyptica tres ſunt ſecundum Alphonſi doctrinam.

F a noſtæ

nonæ ſphæræ, atq; adeò octauæ ſphęrę. Harum duæ babent proprios polos, eoſdemq; ſemper fixos, hoc eſt, in eadem diſtantia manentes à polis mundi: tertia autem, ſub qua ſemper Sol mouetur, & nunquam ab ea digreditur, babet polos mobiles, ſicuti in theoricis demonſtratur prolixè, qui nunc accedunt à dictis polis, nunc recedunt, ſemper manentes ſub circulo, tranſeunte per polos eclypticę primi mobilis, & nonę ſphæræ, & ſimiliter per capita arietis & libræ eiuſdem nonę ſphęrę. De qua eclyptica autor hic loquatur, certò ſciri non poteſt, ſiquidem neſcimus an ſequatur aut Ptolemęum, aut Thbitium, quorum alterū, quantum quis ex numero ſphærarum quas ponit, colligere poteſt, ſequitur.

Et ut ſectio, cuius in definitione fit mentio, perſpicua fiat, libuit addere ſubſequentem figuram. In qua h l k ſit eclyptica octauæ ſphæræ, cuius polus ſeptentrionalis ſit b, qui aliquando unitur cum polo c primi mobilis eclypticę, aliquando ab eodem recedit nunc ad auſtrum, nunc ad ſeptentrionem, ut dictum eſt alibi. y e g ſit pars ęquatoris, ſectiones eclypticarum cum ęquatore fiunt in punctis e, f, g. Et quandoquidem eclypticę primi mobilis & nonę ſphęrę, ſcilicet m g n, & l i a, ex iiſdem deſcribantur polis in ſphęrico corpore, nihil differſit ratione ſectionis cum ęquatore: octaua uerò cuius poli ſunt alij à prioribus, babet aliam ſectionem cum æquatore, ſicuti in prędictis copiosè demonſtratum eſt. Quare autem zodiacus tam uarias babeat appellationes, & quæ illæ ſint, ſatis ſuperq; ab autore explicatur, & ne nihil uideamur dixiſſe de illis appellationibus, paucula dicemus de obliquitate eius.



Zodiacus est Obliquus circulus dictus.

Tres inquam aſsignari poſſunt cauſæ, quòd dicitur obliquus: prima, quòd æquatorem & primum motum obliquè ſecat, altera, quód angulos obliquos cum ęquatore, & coluro ęquinoctiorum conſtituit, tertia uerò, quòd non regulariter aſcendit, quemadmodum ęquator, & quòd Deus per talem obliquationem uoluerit, dum Sol ſemper ſub eo mouetur, rerum naturalium cùm generationem, tum corruptionem: item temporis, ac qualitatum & temperamentorum uiciſsitudinem eſſe.

Zodiaci longitudo quā obrem in ſigna 12. latitudo autē in gradus 12. ſit diuiſa.

Mirari aliquis poſſet, quare iſte circulus ſecundum lōgitudinem, in duodecim partes ſeu ſigna diuiſus ſit, neq; in plura, neq; in pauciora, & ſecundū latitudinē in duodecim gradus. Huic reſponſum uolumus, uidelicet, dum à ueteribus animaduerſum


in aduerſum eſt, in ſingulis Solis reuolutionibus, Lunam duodecies Soli coniũgi ac opponi: placuit illis zodiacum in commemoratas diuiſiones diſtribuere ſecundùm longitudinem. Sed latitudinalis diuiſio, habet aliam cauſam, nempe reliquorum planetarum, Sole excepto, multifariam diuagationem ab eodẽ circulo. Et ut paucis dicantur multa, totus iſte circulus diuiditur in 360 gradus, ob huius numeri commoditatem, deinde quod hunc numerum dies anni, paucis partibus ſuperant, quia annus communis conſtat diebus 365, & 6 Horis.

Signis Zodiaci quare ſua nomina ſint indita.

De ſignorũ appellationibus paucis, hoc habeas, nempe quod illis nomina in textu commemorata, indita ſint, propter naturam conuenientem ſtellis & animali, quæ ſunt in eo ſigno: inſuper propter efficacias, quas Solem in illis locis habere comperimur. Ex dictis conſtat, dicto circulo aſſignari aliqualem latitudinẽ, ob euagantes ſtellas. Atqui dum Sol ſemper incedat per medium eius, appellatur linea illa, quæ ab annuo motu Solis deſcribitur, eclyptica, ob cauſas luculenter in textu commemoratas. Ab hac linea euagantur reliqui quinq; planetæ, modò in auſtrum, modò in aquilonem, & non æqualiter.

Latitudo planetarum quid.

Hæc euagatio à dicta linea, nominatur latitudo planetarum, eſtq; arcus circuli magni, trãſeuntis per polos zodiaci, & uerum locum ſtellæ, comprehenſus inter eclypticam & centrum ſtellæ. ſecundùm hanc diſtantiam, dico, dicitur ſtella planetaris, quæcunq; illa ſit, in latitudinem ab eclyptica, uel meridionalem, uel ſeptentrionalem, moueri ſeu diſcedere: & ne dicatur eſſe extra zodiacũ, moti ſunt ueteres aſtrorum obſeruatores, huic circulo latitudinẽ attribuere. Vt ſit b a eclyptica, c polus eclyptica



pticæ ſeptentrionalis, per quem intelligitur circulus c g d q, oſtenſor latitudinũ, & quando ſtella fuerit in puncto g, erit abſq; omni latitudine: ſi uerò in e, habebit latitudinem ſeptentrionalem, cuius quantitatem oſtendit arcus g e: ſi autem fuerit in d puncto, tunc meridionalis erit, ad quantitatem arcus g d, & l d k, m e n, ſunt paralleli circumſcribentes dictas latitudines in partes utraſq;. Quid ſit ſtellæ latitudo, hoc eſt, quare zodiaco latitudo attribuatur iam uiſum eſt. Deinceps paucis oſtendendum erit, quid ſit ſtellæ longitudo, & ubi ſumat initium.

Longitudo ſtellarũ quid ſit.

Eſt inquam ſtellæ longitudo, arcus zodiaci ſeu eclypticę ab initio Arietis, numeratus uſq; ad punctum illum eclypticæ, qui tangitur per circulum magnum, ductum per polos zodiaci, & uerum locum ſtellæ, ac gradum longitudinis. Sicuti in præmiſſa figura uidere eſt, in qua punctum a, ſit principium arietis, a g longitudo ſtellæ, ſi fuerit in eclyptica, c g d circulus terminans longitudines. Reliqua quę textus habet tam manifeſtè propoſita, & definita ſunt, quòd non ampliori expoſitione egere uideantur.

Huius circuli magnæ & multæ sunt utilitates, quarũ prima est, quod tempus semidiurnum & seminocturnum diei artificialis determinat, & Astronomorum cõplures ordiuntur initium naturalis diei ab eo: repręsentat insuper extra æquinoctialem, horizontem rectæ sphæræ: Altera utilitas eius est, quod in eo zenith notatur, à quo distantiæ stellarum, & circulorum parallelorum sumuntur. Tertia est, quod stellarũ & Solis altitudines meridianæ in hoc colliguntur circulo, quę quantũ utilitatis præstent, hoc uel uno exemplo abundè intelligetur. Nam cùm Solis altitudinem habueris meridianã, & hoc quolibet tempore, facilè inde cognosces poli altitudinem. Quare si libuerit huius rei facere periculum, tunc Sole existente sub meridiano tui loci, accipias altitudinem eius per aliquod instrumentum, aut per Astrolabium, aut per quadrantem. Qua altitudine Solis habita, cognoscas etiam declinationem Solis particularẽ, ex tabulis pręmissis, quod fiet per locum Solis, ad instans cognitũ ex ephemeridibus. Et si Sol fuerit in signis Septentrionalibus, auferatur declinatio instantis à Solis ascensione meridiana: si uerò Sol fuerit in signis meridionalibus, tunc addenda erit declinatio illa ascensioni Solis meridianæ, quod relinquitur erit eleuatio æquatoris ab horizonte, seu complementum latitudinis tui loci, quæ semper similis est eleuationi poli. Remoto hoc cõplemento à nonaginta gradibus, habebis id quod tibi quærebatur, poli nimirum eleuationem. Ex figura sequenti omnia manifestiora euadẽt, in qua f r c sit horizon obliquus, r b f media pars meridiani, transeuntis per zenith loci dati, b punctus uerticalis seu zenith, f g eleuatio poli, s b eiusdem loci latitudo, r t eleuatio Solis meridiana quæ quærebatur, c g x colurus solstitiorum, e d maxima Solis declinatio, a principium Arietis, t locus Solis, a d o medietas æquatoris, à t o medietas zodiaci à principio arietis usq; ad finem uirginis, s t declinatio Solis particularis temporis instantis, g polus mundi septentrionalis.

Eleuatio poli ex cognita altitudine Solis, quomodo perquirenda sit.



Exposita figura, iam consequens est, ut more consueto adijciatur exemplum. En quidam obseruauit poli eleuationem Modinæ in Hispania, ubi natus est D. Ferdinandus, Imp. Romanorum potentissimus, Sole peragrante 15 grad. Geminorum, & hoc per dorsum Astrolabij: qui diligenti inspectione, reperit arcum r t, hoc est, Solis altitudinem meridianam, 71 grad. 26 m̃. & Solis declinatio arcus scilicet t a, ad 15 grad. Geminorum, inuenta est, 22 grad. 56 m̃. Postquam hæc Solis declinatio subducta est à 71 grad. 26 m̃. residuatus est r a arcus, 48 grad. 30 m̃. complementum uidelicet latitudinis loci dati. Porrò subducto r s arcu, à quarta r b, nempe 90 grad. remansit a b, latitudo dicti loci, 41 grad 30 m̃. quæ æqualis est altitudini poli f g, sicut audietur in sequentibus. De cõsimilibus idem est iudiciũ.

Cæterùm priusquam digrediar ab hoc loco, placet etiam demonstrare rationẽ

seu

Ratio inueniendæ lineæ meridianæ.

ſeu modum inueniendi lineam meridianã, cuius permagnus uſus eſt, in re Aſtronomica, ad horologiorum uidelicet, & aliorum neceſſariorum inſtrumentorum compoſitionem. In promptu ſit planum quoddam bene politum, illud primùm ad libellam ita diſponatur, ut omnes eiuſdem partes æqua lance deprimantur, adeò ut nulla ſit decliuior altera, quod officio gnominis abſoluetur. Quo facto, ſuper ipſo plano ex dato centro a. circulus ad placitum deſcribatur c d e b, & ex eodem centro a, erigatur ſtilus a f perpendiculariter, cuius longitudo non excedat quartã diametri circuli, & hoc eã ob cauſam, ut umbra meridiana, quæ eſt umbrarum breuiſsima intra circulum commemoratum cadat. Hoc circulo ita præparato, expectetur umbra ſtili antemeridiana, ſole lucente, donec circuli circumferentiam, præciſè contingat, inſtar umbræ a c, punctus contactus notetur puncto c, eodem modo examinetur umbra pomeridiana cuius punctus contactus quoque ſignetur puncto e, arcus comprehenſus inter hæc duo puncto c e, diuidatur in duas æquas partes in puncto d, per quod & centrum circuli a, agatur recta linea d a b, ea erit linea meridiana quæſita hactenus.



Horizon uerò eſt, circulus diuidens inferius hemiſphærium à ſuperiori, unde appellatur horizon, id eſt terminator uiſus. Dicitur etiam Horizon circulus hemiſphærij, eadem de cauſa. Eſt autem duplex horizon, rectus & obliquus, ſiue decliuis. Rectum horizontem & ſphæram rectam habẽt illi, quorum zenith eſt in æquinoctiali, quia illorum horizon eſt circulus tranſiens per polos mundi, diuidens æquinoctialem ad angulos rectos ſphærales, unde dicitur horizon rectus, & ſphæra recta. Obliquum horizontem ſiue decliuem habent illi, quibus polus mundi eleuatur ſupra horizontem, & quoniam illorum horizon interſecat æquinoctialem ad angulos impares & obliquos, dicitur horizon obliquus, & ſphæra obliqua ſiue decliuis, zenith autem capitis noſtri ſemper eſt polus horizontis. Vnde ex his patet, quòd, quanta eſt eleuatio poli mundi ſuper horizontem, tanta eſt diſtantia zenith ab æquinoctiali, quod ſic patet. Cum in quolibet die naturali uterque colurus bis iungatur meridiano, ſiue idem ſit, quod meridianus, quicquid de uno probatur, & de reliquo. Sumatur igitur quarta pars coluri diſtinguentis ſolſtitia, quæ eſt ab æquinoctiali uſq; ad polum mundi, ſumatur iterum quarta pars eiuſdem coluri, quæ eſt à zenith uſq; ad horizontem, cùm zenith ſit polus horizontis. Iſtæ duæ quartæ, cum ſint

quartæ

quartæ eiusdem circuli,inter se sunt æquales,sed si ab æqualibus æqualia demantur,uel idem cõmune,residua erunt æqualia. Dempto igitur communi arcu,scilicet,qui est inter zenith & polum mundi,residua erunt æqualia,scilicet,eleuatio poli mundi suprà horizontem,& distantia zenith ab æquinoctiali.

Fuissent plura in superioribus de Meridiano circulo dicenda, sed cum cohæreant accidentibus horizontis,illa differre placuit ad horizontis tractationem, ex qua melius ac clariùs intelligentur. Primùm autor more suo definit horizontem ab officio, deinde præcipuas eius appellationes subdit, tertiò, diuidit eum in duas præcipuas partes, obliquum uidelicet & rectum,quartò,comparat arcũ comprehensum inter zenith & inter æquatorem in Meridiano circulo, cum arcu illo,qui est inter horizontem & polum mundi, hoc est,cum poli eleuatione, quos arcus probat inter se esse similes. Præter diuisionẽ dictam,extat apud Proclum & Macrobiũ alia diuisio,à quibus horizon diuiditur in rationalem, & sensibilem. De his horizontibus,priùs explicata autoris mente & diuisione, prout res exigit,dicetur abundè.


Quemadmodum meridianus est circulus immobilis,sic etiam Horizon,qui si foret mobilis, non semper secaret meridianum ad angulos rectos,ad hæc fieret, si esset mobilis,singulis diebus idem cum meridiano circulo. Definitur Horizon ab officio suo,estq; eius officium,conspectam mundi partem ab inconspecta diuidere:unde appellatur non immeritò finitor latinè,quia non finit præter hemisphærium quemquã uidere,unde etiam circulus hemisphærij à quibusdam dicitur. Hic circulus semper ex puncto uerticali describi intelligitur:quare sicut punctus uerticalis mutatur,ita quoq; horizon. Rectus porrò horizon est circulus, cuius polus,ex quo describitur,est in ipso æquatore, & educitur è polis mundi, & diuidit tam meridianum quàm æquatorem ad angulos rectos,ex qua rectitudine adeptus est nomen,quòd appelletur horizon rectus, quem solum habent qui sub æquatore habitãt. Obliquum uerò horizontem habẽt omnes, quorum uertex seu zenith est extra æquatorem,& secat æquatorẽ ad angulos obliquos, unde illi ab obseruatoribus astrorũ inditũ est nomẽ,quòd appelletur obliquus.



Ex figura hac omnia nota ad oculum apparent, in qua f h r,est meridianus circulus,f r æquatoris medietas,h n b horizon rectus, secans cùm æquatorem in puncto n, tum meridianum in punctis h b, ad angulos rectos,f est punctus uerticalis habitantis sub æquatore in s puncto, k o q sit globus terrestris, & qui habitauerit extra æquatorem in puncto k, illius uertex est in meridiano punctus d.& horizon obliquus g h a. Ceterùm habitans in globo terrestri in puncto l,ille habet punctum uerticalem e, & horizontem obliquum in c. Si nunc porrò intellexe-

intellexerit quis l k q orbem terræ, cuius centrū est n, uidebit citò ab horizontibus seu finitoribus orbem illum in duas partes æquales despesci, in uisam scilicet & non uisam, & ab horizonte recto, h b, æquatorem r f, in puncto n, ad angulos rectos, unde rectus horizon dicitur, & reliquos ad angulos obliquos, unde obliqui dicuntur, diuidi. De hac diuisione suprà suo loco, dictum est copiosè. Etiam hoc non ignorandum est, quod horizon dupliciter mutatur atque euariatur, primò, quod urbes atque loca alia sita sunt aut uersus orientem aut uersus occidentem, sub uno parallelo. Secundò euariatur aut uersus meridiem, aut septentrionem, & sunt sita sub eodem meridiano, & diuersis parallelis. Hæc per se rectè intelligenti longitudines & latitudines locorum, manifesta sunt.

Tanta ubique gentium esse eleuationem poli, quanta sit zenith ab æquatore distantia. · Insuper quod eleuatio poli, hoc est, arcus, qui est inter polum mundi & horizontem, coæquetur distantiæ puncti uerticalis seu zenith ab æquatore, id constabit hoc modo. Sit igitur e b n x meridianus circulus, b a x æquator, n u horizon obliquus, e polus mundi supra horizōtem eleuatus, e zenith, a centrum mundi, r polus antarcticus depressus tantundem, arcus r n e eleuatio poli ab horizonte n u dato, e x latitudo regionis seu loci, distantia nimirum uerticis e, ab æquatore b x. Hanc dico coæquari arcui n e, eleuationi uidelicet poli e, ab horizonte dato n u, quod demōstrabitur hoc modo. e polus mundi, distat ab æquatore b x, per quartam meridiani, & similiter e punctus uerticalis, distat ab horizonte n u, per quartam. Sed quartæ æqualium circulorum inuicem sunt æquales: x e, & n e, sunt æqualium circulorum quartæ: ergo inuicem æquales e e est arcus communis: quare si per communem animi conceptionem, scilicet, si ab æqualibus æqualia, & e, ab utrisque quartis x e & n e, arcus communia e e auferatur, residua erunt æqualia, scilicet, x e, ipsi n e, quod fieri debebat. Et cùm loci latitudo nihil aliud sit, ut ex dictis constat, quàm distantia ipsius zenith ab æquatore, facilè habita poli sublimitate, habebitur etiam loci dati latitudo seu distantia ab æquatore. Et ex quo eleuatio æquatoris supra horizontem in meridiano circulo, ut est arcus u x, nihil aliud sit, quàm complemētum latitudinis aut poli eleuationis: facilè ea habita habebitur eleuatio poli, si illud complementum subtraxeris à 90 grad.



Diuisio Horizontis alia in sensibilem et rationalē. Hactenus libuit de illis dicere, quæ ab autore in textu breuiter proponuntur. Restat ut deinceps dicamus, de reliqua horizontis diuisione, de horizonte uidelicet rationali & sensibili, de quibus nos dicturos suprà promisimus. Sensibilis Horizon est, qui sub aspectum nostrum uenit, descriptus iuxta aspectus terminum, & uocatur ab aliis artificialis, & hoc eam ob rem, quod sicut dies artificiales (de quo audietur mox) dicitur, quod artifices ut plurimum in eo operantur: sic horizon dicitur artificialis, quia urbes aut arces per artem constructæ, habent huiusmodi horizontem. Hic horizon habet secundùm Proclum diametrū binis millibus stadiorum, cuius semidiameter habet mille stadia, sed Macrobius habet stadia pauciora. Quæ diuersitas stadiorū, ex eo forsitan ortum habet, quod stadiorum mensura, sicuti suprà meminimus, sit apud diuersos autores diuersa.


Rationalis

Rationalis autem horizon, qui naturalis quoque à nonnullis appellatur, & iuxta sententiam Ptolemæi, Cleomedis & Procli ad fixarum stellarum sphæram pertinet, & ad eum sphæram usque uenit, totum mundum in duo æqualia secat. Eu uisus noster, qui ad prospectum inerrantium astrorum penetrare non potest: ratiocinando concludit & imaginatur circulum quendam in sphæra stellata, distinguentem eandem in duo æqualia hemisphæria: alterum supra eundem circulū apparens, alterum autem sub eodem occultatum non apparens. Talis inquā ratiocinatio non frustranea est, neque sine causa excogitata. Nam cùm homines nocturno & tempore sereno, loco libero constituti, uiderent in oriente stellas emergere ad uisum, quæ paulo antè uisui non apparebant, deinde delatis illis per primum mobile ad horizontem occiduum, cœpissent ruere, mergi, ac amplius non apparere, sed alias atque alias: concluserunt esse in cœlo circulum, terminātem res uisas à non uisis. Hunc circulum non dubitarunt appellare horizontem rationalem unà cum superficie per centrum terræ undique usque ad cœlum extēsum. Hanc imaginationem plurimum iuuit terræ rotunditas ac globositas. Cæterùm horizon sensibilis, quem sibi uniuscuiusque circumscribit aspectus, autore Macrobio; quem in hac re imitandum censemus, ultra trecenta & sexaginta stadia, longitudinem intra se non continet, & eius semidiameter centum & octoginta.

Sensibilis horizontis dimetiens ex Macrobio.

Sed hoc non ignorandum est, nempe quod quamuis apud diuersos autores (sicuti meminimus) diuersitas magna sit mensurarum: tamen hoc loci memoria tenendum est, Macrobium de horizonte loqui, quatenus acies oculorum terminum in terra plana constituit: Proclum autem, quando dicit semidiametrum sensibilis horizontis habere 1000 stadia, quæ faciunt 125 miliaria Italica, & 31 cum quadrante Germanica, loqui de Horizonte, quatenus sensibiliter uariantur apparentiæ cœlestes, ut dierum longitudo, climata, ortus ac occasus stellarū. Nam si intelligamus terram esse rotundum simpliciter, Geometricè ostendi potest, quemadmodum uidebitur mox, quod per 180 stadia accrescat tumor terræ pedes 232 quomodo id fiat iam demonstrandum est. Sit gratia exempli, f b k d globus terrestris, arcus e f g, sit 360 stadiorum, e f 180. Si terrā ponimus absolutè sphæricam uti est, non poterimus oculis excipere ea, quæ distant à nobis 180 stadijs, nisi ex editiori loco seu ædificio, cuius altitudo sit 232 pedum, quod clarè apparet si alterum locum ponimus in e, & alterum in f nō poterit uisus noster peruenire ex e ad f, & cōtrà, ob tumorem terræ e r f, nisi ponatur uisus noster in o, aut n, ædificio aut loco altiori, & multò minus ad g, locum distantem 360 stadijs. Vertantur 180 stadia in gradus seu graduum partes, per regulam proportionū, dando uni gradui 700 stadia, iuxta mentē Erathostenis, fient 15 m̄. 25 secund. quorum unus gradus est 60 m̄. iam inuenta minuta, quibus attribuitur in præmissa figura arcus f r e, dempta à 90 gradibus, relinquentur 89 gr. 44 m̄. 29 secund. pro e d arcu, quorum sinus rectus e c, cui coæquatur ia linea, est 59 partium, 59 m̄. & 58 secund. quorum sinus totus a i f, præsupponitur esse 60 partium. Minori à maiori subducto, remanserunt pro i f, 2 secund. Porrò semidiameter terræ ex prædictis est, 40092 stadiorum ferè, his per 625 (quæ fo-

Pieri nō posse, ut horizōtem sensibilē, iuxta Procli sententiā, uisus hominis circūscribere poßit.



tidem pedes habet unum stadium) uersis in pedes, prouenient, 2505750o. Tanta est linea a f, si prædictum numerum multiplicaueris cum 2 secundis, & productum diuiseris per 60, prouenient 232 pedes, distantia scilicet puncti f, à puncto i: aut puncti e, à puncto o, bis coæquatur f n. Hinc manifestum est, propter tumorem terræ, ex e non posse uideri, stantem in puncto f, nisi ex altiori quodam loco aut ædificio, cuius altitudo sit 232 pedum, nempe ex o puncto, quia e o coæquatur ipsi i f & f n. Tumor terræ, cuius iam prolixè mentionem fecimus non tantus est quod sensibilem uariationem faceret horizontis, cum referatur tantùm ad terminum, quem acies oculorum in terra constituit.

Deinceps uidendum est, quantū tumorem terræ requirat sensibilis Horizontis uariatio, cuius horizontis semidiameter, secundum Procli sententiam (ut patet ex dictis) est 1000 stadiorum, hæc stadia faciunt in cœlo 1 gr. 25 m̄. 43 secund. Ponamus nunc arcum e r f, 1 gr. 25 m̄. 43 secund. erit e d, eius complementum, 88 gr. 34 m̄. 17 secund. quorum graduum sinus rectus inuentus est, 59 partium, 58 m̄. 52 secund. ut est in præcedēti figura e c linea, aut i a. Hinc i f, erit 1 m̄. 8 secund. hoc est. 12 stadia, 37 m̄. secundum Erathostenis stadiorum ad gradus æquatoris cœlestis collationem. Hunc tumorem terræ, nullum unquam ædificiū superauit, neq; adæquauit quidem. Secundum Macrobium autem, qui non loquitur quatenus horizon sensibilis uariabilis fiat, sed quousq; acies oculorum nostrorum possit excurrere, in regionibus non admodū montosis: habebit semidiameter horizontis sensibilis 5 miliaria Germanica communia, cum $\frac{5}{8}$ partibus unius: quibus in cœlo debentur, ut uisum est, 15 m̄. 31 secund. in quibus nihil uariationis est ad sensum. Secundùm Proclum autem, qui de uariatione horizontis sensibilis loquitur, erit semidiameter prædicti horizōtis, 31 miliaria Germanica cōmunia, quorum singula habēt, 32 stadia, & $\frac{2}{4}$, quibus in cœlo respondent ex prædictis, 1 gr. 25 m̄. 43 secund. quæ in apparentijs cœlestibus aliquam sensibilem, re rectè perpensa, faciunt uariationem. Insuper memoria tenendum est, quod Cleomedes, quem Proclus imitatus est, putauit meridianos circulos disiungēdos esse, ut fiat initium uariationis 300 stadijs. Is enim nobis scriptū reliquit, suo uidelicet tempore, medio die solstitij æstiualis, nullam fuisse umbrā per trecenta stadia prope Syenen, quæ sita est sub tropico cancri. Quanta autem sit umbrarum in Astronomia utilitas, tam ex hoc, quàm ex alijs compluribus, manifestè spectandū datur. Hoc etiam in nostris regionibus promptum est ut comprehendatur, sed operosius, sicuti alibi rem plenius tractabimus. De mutatione Climatum infrà in diuisione climatū, ubi locus ꝓprius huic negotio deputat, dicemus, pro rei exigētia.

Diameter rationalis Horizontis.

Diameter rationalis Horizontis, licet non inuestigari atq; comprehendi, ob suam immensam distantiam, exterioribus sensibus queat: tamen ratio ipsa iudicat, illum extendi usq; ad cœlum stellatum, cuius uisum à non uiso determinat atq; describit, estq; 2605932, milliariorum Germanicorum, & 20 m̄, quæ distantia sensibus exterioribus iudicatur quasi infinita.

Horizontis utilitates.

Quid multis? hic circulus, sicuti etiam alij omnes, siquidem nihil in cœlo sit ociosæ imaginationis, multas habet utilitates. Primò diuidit totū cœlum in duo æqualia hemisphæria, deinde ostendit quæ stellæ sint perpetuæ apparitionis, & quæ perpetuæ occultationis, item quæ occidāt, & quæ oriantur. Vnde patet stellas in triplici esse differentia, alias nimirum, occidere & oriri, alias nunquam ad aspectum nostrum peruenire, alias autem semper esse supra Finitorem seu horizontem, ad hæc horizon est causa habitudinis tum rectæ, tum obliquæ sphæræ. Secundò, ortus atq; occasus stellarum ad horizontem referuntur, ex quibus occasibus & ortibus Poetæ temporum descriptiones mutuantur, & id em est iudicium

rium de ſingulis punctis zodiaci. Habet etiam horizon hoc utilitatis, quod de-
terminat quantitatē diei artificialis, & ſimiliter cauſam ingerit inæqualitatis die-
rum artificialium. Nam ſicut horizontes, iuxta eleuationem aut depreſsionem
poli, uariantur, ita etiam inæquales fiunt dies artificiales inter ſe, etiam in ijſdem
punctis zodiaci. Tertiò, per horizontem, Sole ſplendente, deuenimus ſingulis
diebus in cognitionem horæ diei inæqualis. Diſcimus porrò per eundē circulū,
ſicuti ſuo loco apparebit, quantū cùm ſtellarū, tum aliorū cœli punctorū ortus,
diſtet à uerò & æquinoctiali ortu, hoc eſt, in eo numerantur ab æquinoctiali la-
titudines ſtellarum, ortiuæ atq; adeò occiduæ.


Diximus alibi quod non ſolùm de circulis quorū mentionem autor facit, ueli
mus dicere, imò etiā de alijs, ut ſunt uerticales & altitudinū circuli, unà cum ho-
rarijs & poſitionū circulis, ac domorū, ſiquidē illis opus habebimus in progreſ-
ſu, à quibus bona pars Aſtronomiæ, ac uniuerſa fere cœleſtiū inſtrumentorū cō
poſitio, pendere uidet. Verticales aūt circuli ſunt, qui ex dati cuiuslibet loci uer- *Verticales*
tice, in ſingulas partes horizontis deducuntur, & diuidūt ſuperius hemiſphæriū *circuli.*
in totidē partes, in quot horizon diuiditur, & cōcurrunt omnes in puncto quo-
libet uerticali, ſeu horizontis polo. Horum numero admiſcet ſe Meridianus. Hi
circuli, nō ſecus ac horizon & Meridianus, immobiles intelliguntur, hoc eſt, nō
circumuoluuntur cum primo mobili, quemadmodū zodiacus, æquator, coluri
atq; alij primo mobili infixi circuli. Ad euidentiorē dictorū elucidationē, more
conſueto figurā addere uiſum eſt.



Sit a e g d meridianus, e b d g ho-
rizon obliquus, poli eius a f, & à
puncto uerticali ſeu polo hori-
zontis, ad e g d, medietatē ipſius
horizontis, quæ diuiſa eſt in par-
tes æquales, ducantur quartæ cir-
culorū, quæ ſunt partes uerticaliū
circulorū, qui ſi integrè deſcribun
tur, concurrent in oppoſito polo
horizontis f. His circulis (uti me-
minimus) adnumeratur Meridia-
nus. Intelligatur porrò e ſepten-
trio, d meridies, b ortus, & g occa
ſus, apparebit horizontē à circu-
lo meridiano a e f d, & a c f (qua li
nea repræſentatur circulus, tran-
ſiens per uerticalē punctum, & ue
rum ſeu æquinoctialē ortū) diuidi
in quatuor quartas, b c, b d, duas
ſcilicet quartas orientales, & g e, g d, occidentales. In medietate horizontis orien
tali e b d, dicitur e b quarta ſeptentrionalis, b d aūt meridionalis. Et in occiden-
tali medietate e g d, e g eſt quarta ſeptentrionalis, & g d meridionalis.

Atqui altitudinū circuli ſunt, qui circa locorū uerticem æquidiſtanter deſcri- *Circuli alti-*
buntur. Et quemadmodū uerticales circuli, diuidūt quemlibet horū circulorū in *tudinum.*
360 gradus; ita etiā iſti diuidūt cuiuslibet uerticalis circuli quartā, in 90 gradus.
Altitudinū porrò circulorū nullus maior eſt, quàm horizon, neq; minor quàm
ille qui circa punctum uerticalē deſcribi intelligitur. Eſtq; horū circulorū officiū
principiū, ut tam fixorū, quàm errantiū ſyderū dimetiantur altitudines, uidelicet
ſyderū ſupra horizontē, ex qua altitudine ſeu eleuatione, tempora, hoc eſt, horæ
cognoſcuntur, ſyderumq; loca, ſicuti patebit ſuo loco. Quoniā fieri non poteſt,
& hoc ob cœli rotunditatē, quin quodcunq; ſydus datum, ad motū uniuerſi, ſeu


motum diurnũ, intelligatur sua altitudine distingui aliquo parallelo. Est igitur (ne desit definitio) altitudo syderis, seu alterius cuiuscunque puncti cœlestis, arcus uerticalis circuli, per centrum syderis ducti, inter horizontem & sydus darũ cõpræhensus, qui inquã à dictis parallelis distinguitur. Horum circulorum contextura, simul cum uerticalibus, nõ mouetur, nisi ad motũ puncti uerticalis: qui nihil aliud est, quàm polus horizontis, ex quo omnes altitudinũ paralleli, æqualibus distantijs describi imaginãtur. Hoc etiã non est silentio prætereundũ, nempe quod sydus quoduis, cùm æqualiter distiterit à meridiano, easdẽ habeat altitudines ab horizonte, sicuti oculis offertur in sequenti figura. Sit a b d c meridianus, b e c medietas horizontis parallelorum maximus, f g minimus, b septentrio, & c meridies, a uerticis punctus, o aut q, locus astri dati, per quod a o k, aut a q n, uerticalis circulus transit, & similiter parallelus p l k. Arcus k o, aut n q, dicitur syderis ab horizõte altitudo aut eleuatio, quæ terminatur parallelo p o l r, & p o est syderis distantia à meridie a p d c, & cùm sydus motu uniuersi deuoluitur ad punctũ q, in quo cùm fuerit æque distabit à circulo meridiano: quare ob parallelorũ æquidistantiam, unde nomẽ habent, erit arcus o k, æqualis arcui n q. Hinc fit, ut in horis æquedistantibus à meridie, quemadmodũ sunt septima ante, & quinta post meridiem, octaua & quarta, nona & tertia, item decima & secunda, & sic de reliquis, Sol æquales obtineat supra horizontem eleuationes. Hoc in horologijs componẽdis, magnã præstat utilitatem, atque cõpendium magnum, uti uidere est alibi. Cæterùm uerticales circuli in sphæris ac globis solidis, per unam quartam circuli, dependentem à uerticali puncto ad horizõtem, diuisam in 90 grad. ostenduntur.




Circuli horarij. Et ex quo tota horologiorũ fabrica, pendet à cognitione circulorũ horarum: operæpretiũ est, ut iam porrò de circulis horarũ distinctionibus loquamur quod cõmodius fiet, si breuem de hac theoriam præmittemus. Sciendum est, quod solus æquator, qui describitur (ut dictum est) Sole existente in principio arietis aut libræ, regulariter mouetur tum in recto, tum obliquo horizonte, eiusque semper medietas altera est supra horizontẽ, altera autem infra eundem. Et propter hunc eius motum æqualem, aut regulares, dignus ab Astronomia iudicatur, ut in eo horæ æquales, tam diurnæ quàm nocturnæ, capiantur. Intelligendi sunt duodecim circuli maiores, æquatorem ad angulos rectos interfecãtes, transeuntes per amboa polos primi mobilis, à quibus dictus æquator distinguitur in uigintiquatuor partes æquales, quæ horarum distantiæ seu interualla dicuntur, & distãt singula ab inuicem 15 gradibus. Verticalem autem circulum, zodiacũ & horizontem dispescũt quoque in 24 partes, sed inæqualiter: in quibus partes polis propinquiores, sunt strictiores illis, quæ sunt æquatori propinquiores. Et ut hæc omnia clarius intelligas, fingas te esse sub æquatore, hoc est sphæra recta: in tali situ erit semicirculus meridianus, linea horæ duodecimæ, & semicirculus horizontalis linea sextæ horæ antemeridianæ, altera autem medietas eius, linea horæ sextæ po meridianæ. Hac imaginatione firmiter concepta, imaginare inter semicirculum horizontalem,

horizontalem, & inter semicirculum meridianum, quinque alios semicirculos firmos ac immobiles, qui non mouentur nisi moueatur punctus uerticalis, distantes ab inuicē æquali distantia, puta 15 gradibus æquatoris. Primus post horizontem, dabitur horæ septimæ, & sic deinceps. Eodem hoc modo inter semicirculū meridianum, & horizontem occidentalem, intelligantur alij quinque circuli, secundum priorem diuisionem, & qui sequitur meridianum, dabitur horæ primæ, qui deinceps sequitur horæ secundæ, & sic de cæteris. Porrò finge Solem ascendere ab horizonte, & quando peruenerit ad primum ab horizonte semicirculū, tunc longissimè projciet umbram in occidentem, deducto ad secundum, faciet umbrā breuiorem, & umbra semper decrescet, usque dum peruenerit Sol ad meridianum semicirculum, ubi projciet umbram perpendiculariter in terram: à meridiano descendente Sole ad occasum, fit contrà.

Hoc te non lateat, nempe quod axis mundi, in cuius polis (ut dictum est) horarij circuli omnes coeunt in unum, idem præstat quod circuli memorati, quod ex horologijs solaribus facilè intellectui offertur. Esto a b d e Meridianus, a i d horizon rectus, b i e æquator, d polus septentrionalis, & meridionalis polus a, in his duobus polis coeunt omnes circuli horarij, ut apparet ad oculum, b sit uerticalis punctus. Horarum distinctores ex adiectis numeris manifesti sunt, a b d sit meridianus semicirculus, cuius suprà meminimus, a i d repræsentet tam orientalem quàm occidentalem semicirculum horizontis, a b d i sit medietas mundi supra terram, a e d sub terra. Oculus aspicientis imaginetur esse in puncto i, quilibet circulorum horariorum supra horizontem, intelligatur bis accipi. In generali sphæra nostra, hæc omnia clarius ostendentur. Nunc porrò intelligatur, polus arcticus cum toto reticulo semicirculorum, supra horizontem leuari, ac semicirculos utriusque sextæ horæ, disiungi ab horizonte. Ex hoc sequitur, æquatorē deserere punctum uerticalem, & quantum polus septentrionalis ab horizonte extollitur, tantū recedat æquator à puncto uerticali, sicuti suprà suo loco demonstratum est luculenter, & quantum una quarta semicirculi horæ sextæ, unà cum polo eleuatur, alia quarta cum opposito polo tantum demergitur sub horizontem. Hinc fit, quod se intersecent in oriente, in uno atque eodem puncto æquinoctialis circulus & horizontalis circulus, ac semicirculus horæ sextæ matutinæ. His ritè intellectis, & sphæra materiali adhibita cum circulo aliquo horario, qua difficiliora quæque lucidiora redduntur, uidebis statim, quod Sol, dum est in signis septentrionalibus, citius manè ueniat ad horizontalem circulum, quàm ad semicirculum sextæ horę matutinæ: sed perambulante eo in signis meridionalibus, tunc fit è diuerso, hoc est, citius attingit semicirculum horæ sextæ matutinę quàm horizontem. Ex hoc sequitur, quod hic noctes sint longiores, illic uero dies. Arcus insuper compræhensus in circulo parallelo æquatori, transeunte per locum Solis, inter horizontem & semicirculum sextæ horæ, est differentia inter diem æquinoctialem & diem tuum propositum quicunque ille sit, quod dignum est notatu. Porrò operæprecium est intelligi in his tribus circulis, æquinoctiali, horizonte, ac uerticali circulo, superficies desinentes in hos circulos, quam scilicet æquinoctialis circulus recipit diuisionem, eandem recipit quoque superficies




sibi supposita, æqualem nimirum: quæ horizonti uerò substrata est superficies, recipit inæqualem diuisionem, non secus atque horizon, qui inæqualiter à circulis horarijs diuiditur. Non aliter etiam de superficiei circuli uerticalis diuisione iudicandum est, quæ inæqualiter sicuti eius circulus diuiditur. Hæc multis uerbis proposita, ex subiecta figura melius intelligentur, quàm longis uerborum ambagibus. Sit b h f meridianus circulus, g n c æquator, h n d horizon obliquus, b n f uerticalis circulus, a polus septentrionalis, e meridionalis, h a eleuatio poli supra horizontem, d e oppositi poli submersio, punctus n, est punctus in quo (ut dictum est) horizon obliquus h n d, & æquator e n g, ac semicirculus sextæ horæ matutinæ a n e, unà cum uerticali circulo b f, se secāt in oriente. Si consideraueris horariorum semicirculorum diuisiones in horizonte h n d, uidebis eas inuicē esse inæquales, propinquiores uidelicet puncto ortiuo n, ampliores puncto uerò h, hoc est, meridiano circulo strictiores. Hoc



idem accidit in circulo uerticali b n f, nempe quod dicti semicirculi horarij, uersus horizontem æquinoctialem à meridiano sua amplitudine accrescant, & ab horizonte uersus meridianum in eodem uerticali circulo decrescant: & quò magis eleuatur polus septentrionalis supra horizōtem & oppositus supprimitur, eò diuisiones commemoratæ semper strictiores euadunt. Hæc probè nouisse, magnam commoditatem in componēdis horologijs tam horizontalibus quàm muralibus affert: siquidem ea horologia quæ in muris meridiem spectantibus fiunt, siue directè siue obliquè pendeant, secundùm suas distinctiones, à diuisione circuli uerticalis per semicirculos horarios: horizontalia autem à diuisionibus in horizonte per eosdem semicirculos. Hæc de theoria horariorum circulorum dixisse nunc sufficiat, infrà instituemus calculū de hac re, ubi uberius quæque uidebis.

Circuli duodecim domicilia cœli distinguentes. Restat porrò dicendum, de circulis domorum distinctoribus, & positionum circulo: sed prius fiet sermo de distinctoribus domo. Sex inquam imaginantur ab Astronomis circuli, quibus cœlū ipsum in duodecim partes dirimitur, inter quos sunt horizon, & meridianus, per quos uniuersum in quatuor æquales secatur partes, illæ partes duodecim, appellātur apud Astrologos domus seu domicilia. De constitutione domorum cœlestium uariæ sunt apud ueteres & etiam neotericos opiniones, uter uerò altero sua opinione sit præstantior, id in præsentiarum non disputabimus, siquidem nō sit neque officij, neque instituti nostri, de ea re uberius quid agere, quæ ad alium pertinet locum. Alij & in primis ueustiores, qui Campanum Mathematicum & Astronomum non ignobilem præcesserunt, distinxerunt domicilia cœli per circulos quinque, in polis mundi coeuntes, à quibus cœlum ipsum simul cum meridiano diuiditur in duodecim domos inæquales. Pro meliori institutione, id fiebat hoc modo: post quam constituti sunt quatuor cœli cardines seu anguli præcipui, & habita est recta ascensio medij cœli, diligenter obseruatæ sunt partes zodiaci, tam orientalem quam occiduum horizontem

rizontem occupantes,& earum partium quæsiuę sunt ascensiones rectæ. Quo facto, pro cõstitutione duorum domiciliorum in parte cœli orientali, subducta est ascensio recta medij cœli ab ascensione recta horizõtis, residuum in tres partes æquales distributum est. In termino primæ partis, facta numeratione à meridiano uersus ortum, imaginabatur circulus pro principio undecimæ domus: In termino uerò secundæ partis, à meridiano, constituebatur initium duodecimæ domus Postea in termino tertio à meridiano, primæ domus initium factum est: nõ aliter pro domibus duabus occidentalibus, nona uidelicet & octaua, inquirendis, factum est Nam ascensionem rectam occidentis, ab ascensione recta medij cœli subducebant, & residuum (ut suprà) in tres partes æquales distributum est. Deinde in fine portionis primæ, à medio cœli uersus occasum, terminum nonæ domus, cum circulo ex polis mundi ueniente, ueteres constituebant, & in termino secundæ portionis octauæ domus initium factum est. His habitis, singulis æquatoris arcubus respondẽtes zodiaci gradus, graduũq; partes, ex rectæ sphæræ tabulis, quæsiti sunt: subterraneæ uerò domus, ex oppositis suis definiebãtur. Et cùm iste modus cõstituendi domos cœlestes obliteratus sit, nihil amplius dicere de eo hoc loci uidetur.



Campani & Gazuli modus cõstituendi 12 domicilia cœli.

Cęterùm alij ut Campanus & Gazulus, aliter hanc rem tractarũt, qui quatuor circulis in sectionibus horizontis & meridiani coeuntibus, unà cum meridiano ac horizonte, totum cœlum diuiserunt in duodecim partes æquales, quę æqualitas in circulo, transeunte per zenith, et ortum æquinoctialem cõsiderabatur: sicuti uidere est in figura consequenti, in qua a e sit circulus uerticalis, secans a d e c ad angulos rectos, f g b æquator, d g c horizon, d & c sunt pũcta, in quibus distinctores domorum concurrunt, qui occupãt in uerticali circulo æquas distinctiones, domus suis notis, sunt notatę. Posteriores aũt Astronomi, moti autoritate Regiomõtani mathematici incõparabilis, alium domorũ modum excogitauerũt, prioribus rationabiliorem, secuerũt inquã quadrantes æquatoris, cõprehensos inter horizontem & meridianum, in tria spatia æqualia, & per quamlibet sectionem imaginati sunt magnos circulos, coeuntes in sectionib. meridiani, & horizõtis sicut priores. Quamuis hæc omnia in sphæra materiali manifestius cognosci dantur, tamen libuit etiam id utcunq; in plano exprimere. Esto igitur a f c meridianus, a uertex, n polus septentrionalis, k meridionalis,

Ioan. Regiomontani modus in domorum constitutione.

nalis, b & c puncta ſectionum horizontis & meridiani, ubi concurrunt domorum diſtinctores, qui imaginantur per æquas diſtinctiones æquatoris e i l, ut ad oculos ſatis apparet, b i c eſt horizon circulus, d punctus orientalis ſeu ortus æquatoris, à quo domus prima initium ſumit.

Circulus Poſitionis. Præter hos circulos, intelligunt Aſtronomi adhuc alium circulum, officij non aſpernandi, pro arte dirigendi, & alijs ſecretioribus rebus in Aſtronomia inueſtigandis, & appellatur circulus poſitionis, qui tranſit per iam ſæpe commemoratas ſectiones meridiani & horizontis, ac per centrum aſtri, aut alterius puncti in cœlo propoſiti, inſtar prædictorum circulorũ, ſiue aſtrum illud ſit ſub terra, ſiue ſupra terram. Hoc clarè in ſubdita figura apparet, c punctus ſit uertex, d polus ſeptentrionalis, e polus oppoſitus, a g b f circulus poſitionis, tranſiens per ſectiones horizontis & meridiani b c a e meridianus, a b horizon, g f centra aſtrorum, quorum alterum eſt in g ſupra terram, alterum autẽ ſub terra in puncto f. Multi alij circuli præter hos omnes, qui hactenus à nobis deſcripti ſunt, excogitari poſſunt in ſphæra, pro operationum neceſsitate, quemadmodum etiam infrà, in operationibus numerorum ſpectandũ copioſè dabitur, ubi utilitatem horum & multorum aliorum circulorum maiorum, oſtendemus. Hactenus de circulis maioribus: nũc porrò loquendum erit de minoribus ſex circulis.

DE QVATVOR CIRCVLIS *minoribus.*

Dicto de ſex circulis maioribus, dicendum eſt de quatuor minoribus. Notandum igitur, quod Sol exiſtens in primo puncto cancri, ſiue in puncto ſolſtitij æſtiualis, raptu firmamenti diſcribit quendã circulum, qui ultimo deſcriptus eſt à Sole ex parte poli arctici. Vnde appellatur circulus ſolſtitij æſtiualis ratione ſuperiùs dicta, uel tropicus æſtiualis à τρoπὴ, quod eſt conuerſio, quia tunc Sol incipit ſe conuertere ad inferius hemiſphærium, & recedere à nobis. Sol iterum exiſtens in primo puncto capricorni, ſiue ſolſtitij hyemalis, raptu firmamenti deſcribit quendam circulum, qui ultimò deſcribitur à Sole ex parte poli antarctici. Vnde appellatur circulus ſolſtitij hyemalis, quia tunc Sol conuertitur ad nos.

Suprà oſtendimus cauſas aliquot, ob quas circuli maiores, cùm agebamus de maioribus, dicantur: illæ cauſæ etiam iſtis circulis per contrarium accommodari poſſunt. Nam magnitudo circulorũ aut paruitas (ſicuti partim inibi uiſum eſt) accipitur duobus modis, uno modo, ratione conſtituendi ſphæram cœleſtẽ imaginatiuæ, quemadmodum fit hoc loci: altero uerò modo, conſideratur eorũ iam

magditudo

magnitudo quàm paruitas secundûm naturas occultas, quę in illis reperiuntur. De modo posteriori, ne inconuenientia adducamus, nunc nihil dicendum uidetur. De priori pro rei exigentia & necessitate, pauca quoad fieri potest, dicentur. In hac parte posteriori secundi capitis, autor primò demonstrat, quibus rationibus isti circuli minores, hoc est, à quibus punctis, & quando describantur. Secundò euidentibus argumentis confirmat, nempe polum zodiaci tantum distare à polo mundi, quantum est maxima Solis declinatio ab æquinoctiali circulo. Tertiò, probat ex æquidistantia undiquaq; circuli arctici à polo mundi, quod pars coluri, comprehensa inter primum punctum cancri & circulum arcticum, sit ferè dupla ad maximam Solis declinationē. Quartò, de quinq; zonis, quibus plagæ terræ tam habitabiles quàm inhabitabiles, secundûm quod à ueteribus autoribus creditum est, paucis ostendit.

Singulis diebus, cùm Sol accedat & recedat à zenith, ad completam uniuersi circumductionem, abstractiuè describuntur, & circumlineantur circuli paralleli æquatori: horum totidem sunt, quot in anno dies. Ex his duo potissimum ab autore describuntur, nempe tropicus cancri, qui tum describi atq; circumlineari intelligitur, quando Sol limitem sui meridionalem attigit, hoc est, quando in meridiano maximè ab æquatore uersus zenith nostrum recessit. Appellatur etiam tropicus æstiuus, quoniā Sole ad ipsum perueniente, æstas nobis est maxima. Rursus quando Sol incipiet descendere à superiori hemisphærio (superius dicitur, à nostro polo, supra horizontem eleuato) ad hemisphærium inferius, propter polum sub horizontem depressum sic denominatum: & cùm maximè recessit ab æquatore seu zenith nostro, parallelus, qui eo die describitur, appellatur tropicus capricorni, seu circulus hyemalis, propter hyemem tum apud nos maximam. Id ex figura subdita, clarè uidere quisq; potest, in qua a h b e, est meridianus, a d b horizon rectus, d centrum uniuersi, a polus septentrionalis, b meridionalis polus, g d c circulus zodiaci, h d e æquator, qui describi abstractiuè intelligitur, quādo Sol fuerit in centro terræ, aut uera æquatoria & zodiaci sectione, ut in d, à quo puncto cùm recesserit uersus polum septētrionalem a, sub circulo g d c, singulis diebus singulos describit motu uniuersi parallelos, usq; dum peruenerit in meridiano ad punctum g; à quo non potest ulterius ad zenith nostrum ascendere in meridiano. Quare eo die describit g f, parallelum æquatori, qui ab autore appellatur tropicus cancri, eò quod ab hoc loco Sol incipit iterum adpropinquare æquatori, ad quem cùm peruenerit, descendit ad hemisphærium inferius in d c semicirculo. Eo iterum perueniente ad punctum c, describitur à centro eius per motum uniuersi, in polis mundi, ci parallelus, hoc est tropicus capricorni.

Cum autē zodiacus declinet ab æquinoctiali, & polus zodiaci declinabit à polo mundi: Cùm igitur moueatur octaua sphera & zodiacus,

qui eſt pars octauæ ſphæræ, mouebitur circa axem mundi, & polus zodiaci mouebitur circa polum mundi. Iſte igitur circulus, quem deſcribit polus zodiaci circa polum mundi arcticum, dicitur circulus arcticus. Ille uerò circulus, quem deſcribit alter polus zodiaci, circa polum mundi antarcticum, dicitur circulus antarcticus.

Quanta eſt etiam maxima Solis declinatio, ſcilicet ab æquinoctiali, tanta eſt diſtantia poli mundi ad polum zodiaci, quod ſic patet. Sumatur colurus diſtinguẽs ſolſtitia, qui tranſit per polos mundi, & per polos zodiaci, cum igitur omnes quartæ unius & eiuſdem circuli inter ſe ſint æquales, quarta huius coluri, quæ eſt ab æquinoctiali, uſq; ad polũ mundi, erit æqualis quartæ eiuſdem coluri, quę eſt à primo puncto cancri uſq; ad polum zodiaci, igitur ab illis æqualibus dempto communi arcu, qui eſt à primo puncto cancri uſq; ad polum mundi, reſidua erũt æqualia, ſcilicet, maxima Solis declinatio & diſtãtia poli mundi ad polum zodiaci.

Cùm autem circulus arcticus ſecũdùm quamlibet ſui partem æquè diſtet à polo mundi, patet quòd illa pars coluri, quæ eſt inter primum punctum cancri & circulum arcticum, ferè eſt dupla ad maximam Solis declinationem, ſiue ad arcum eiuſdem coluri, qui intercipitur inter circulum arcticum & polum mundi arcticum, qui etiam arcus æqualis eſt maximæ Solis declinationi.

Cùm enim Colurus iſte, ſicut alij circuli in ſphæra ſit 360 graduum, quarta eius erit 90 graduũ. Cùm igitur maxima Solis declinatio ſecundùm Ptolemæum ſit 23 graduum, & 51 minutorũ, & totidem graduũ ſit arcus, qui eſt inter circulum arcticum & polum mundi arcticum, ſi iſta duo ſimul iuncta, quæ ferè faciunt 48 gradus, ſubtrahuntur à 90, reſidui erunt 42 gradus, quantus eſt arcus coluri, qui eſt inter primum punctum cancri & circulum arcticum, & ſic patet, quod ille arcus ferè duplus eſt ad maximam Solis declinationem.


Poſtquam tropicorum deſcriptionem abſoluit, ordo poſtulat ut etiam de reliquis duobus circulis minoribus uerba faciat, qui nõ ut tropici à centro corporis ſolaris per conuerſionem uniuerſi deſcribi intelliguntur, imò per alia quædã puncta, nempe polos zodiaci, qui cùm diſtent à polis mundi, iuxta maximæ Solis declinationis quantitatem: delineãt circa polos mundi duos circulos, per primi mobilis cõuerſionem, qui polares dicuntur circuli eam ob rem, quòd à dictis polis, ſcilicet zodiaci, deſcribi imaginantur. Et quod meminit octauæ ſphæræ, non eſt ea ſphæra octaũa, quàm Alphonſini intelligunt, cuius poli accedunt & recedunt à polis noſtræ ſphæræ, quia ponit tantùm nouem ſphæras, ſicut ſuprà in enumeratione ſphærarum liquidò patet, rem rectè intuenti. Et ſi preſsius intueberis motuum rationem, iſti circuli qui eiuſdem ſunt ſemper inuicem amplitudinis, tamen creſcunt atque decreſcunt unà cum reliquis duobus, ſecundùm Solis declinationis aut detrimentum aut incrementum. Sit n in figura præmiſſa, polus eclypticæ ſeu zodiaci ſeptentrionalis, ex n in o

motus,

motus, motu primi mobilis, & iterum reuertens in punctum n, mouebitur circulum describens n o, distans à polo septentrionali a, quanta est Solis maxima declinatio b g, sicuti iam iam uidebitur. Iste circulus arcticus appellatur, quoniam describitur à polo zodiaci arctico. Consimiliter describitur à puncto r, polo antarctico moto ab r ad s, & iterum redeundo ad r, circulus antarcticus r s, priori æqualis, & æquatori æquidistans.

Nunc porro descriptis iam dictis parallelis, restat etiam demonstrandum, Solis maximam declinationem, & distantiam polorum zodiaci seu eclypticæ à polis mundi, eiusdem esse magnitudinis, & quidquid accidit maximæ Solis declinationi, idem accidit etiam dictorum polorum distantijs. Nam hac decrescente aut accrescente, illa quoque decrescet aut accrescet. Hinc constat, commemoratos duos circulos arcticos, nunc temporis minores, ob Solis maximæ declinationis decrescentiam esse, tropicos uerò maiores, quàm erant tempore Ptolemæi. Esto i f axis mundi, e a k axis zodiaci, c l m n meridianus seu colurus solstitiorũ, c m æquator, b l tropicus cancri, d n tropicus capricorni, i polus arcticus, f eius oppositus polus, k polus zodiaci, & e oppositus. b c maxima Solis declinatio, quam hoc tempore artificea repererunt, 23 grad. 28 m̃. 30 secund. quæ Ptolemæi tempore fuit, 23 grad. 51 m̃. 20 secund. c g & h k, sunt duo arctici. At cum b c esse æqualem arcui i k, ita ut author dicit, cõstat b h k & c i k, sunt duæ quartæ unius & eiusdem circuli, f c k m. Omnes quartæ circuli sunt sibi inuicem æquales: c b i & b i k sunt duæ quartæ, in uno & eodem circulo coluro solstitiali. Ergo c b i, est æqualis ipsi b i k. Arcus b i est utrisque quartis æqualis seu communis. Si igitur ab æqualibus æqualia auferũtur, residua erunt æqualia. A' dictis quartis æqualibus, c b i & b i k, auferatur æquale, scilicet b h i seu cõmune. Ergo dictarum æqualium quartarum, arcus residui, erunt inter se æquales, hoc est, c b æqualis arcui i k, quod erat faciendum.

Distantiam polorum zodiaci à polis mundi, maximæ Solis declinationi, æqualẽ esse.



Multa & insignia officia tropici circuli præstant, tam ad horologiorum compositionem, quam ad multa alia in Astronomia instrumenta præparanda. Nam ostendunt loca eclypticæ, in quibus Solis fiunt solstitia, unde cognoscuntur dies uel breuissimi uel longissimi. Sunt insuper limites in cœlo, regionis, in qua Sol perpetuò uersatur atque mouetur. Item ostendũt Solis maximam declinationem, sicut hactenus sæpe est dictum. Sed polarium circulorũ sunt hæ potissimæ utilitates: primò ostendunt polos zodiaci, & quantum illi distant à polis uniuersi. Secundò distinguunt zonas frigidas à temperatis, postremò diuidunt unà cum tropicis totum primum mobile in quinque regiones seu zonas de quibus iam porrò, cum sint cætera, quæ ab autore proponuntur minimè obscura, dicere uisum est.

Vtilitates circulorum minorum.

DE QVINQVE ZONIS.

Aequinoctialis, cum quatuor circulis minoribus dicuntur quinq; Paralleli quasi æquè distantes, non quia quantum primus distat à secundo, tantum secūdus distet à tertio, quia hoc falsum est, sicut iam patuit, sed quia quilibet duo circuli, simul iuncti, secundùm quamlibet sui partem æquè distant ab inuicem, & dicuntur Parallelus æquinoctialis, Parallelus solstitij æstiualis, Parallelus solstitij hyemalis, Parallelus arcticus, Parallelus antarcticus. Notandum etiam, quòd quatuor paralleli minores, scilicet duo tropici, & parallelus arcticus, & parallelus antarcticus, distinguunt in cœlo quinq; zonas, siue regiones. Vnde Virgilius in Georgicis:

Quinq; tenent cœlum zonæ, quarum una corusco
Semper sole rubens, & torrida semper ab igni, &c.

Distinguuntur etiam totidem plagæ in terra, directè prædictis zonis suppositæ. Vnde Ouidius primo Metamorphoseon:

— totidemq; plagæ tellure premuntur.
Quarum quæ media est, non est habitabilis æstu.
Nix tegit alta duas, totidem inter utranq; locauit.
Temperiemq; dedit, mixta cum frigore flamma.

Illa igitur zona, quæ est inter duos tropicos, dicitur inhabitabilis propter calorem Solis discurrentis semper inter tropicos. Similiter plaga terræ illi directè supposita, dicitur inhabitabilis propter calorem Solis discurrentis super illam. Illæ uerò duæ zonæ, quę circumscribuntur à circulo arctico, & circulo antarctico circa polos mundi, inhabitabiles sunt propter nimiam frigiditatem, quia Sol ab eis maximè remouetur. Similiter intelligendum est de plagis terræ illis directè suppositis. Illæ autem duæ zonæ, quarum una est inter tropicum æstiualem & circulum arcticum, & reliqua, quæ est inter tropicum hyemalem & circulum antarcticum, habitabiles sunt, & temperatæ caliditate torridæ zonæ existentis inter tropicos, & frigiditate zonarum extremarum, quæ sunt circa polos mundi. Idem intellige de plagis terræ illis directè suppositis.

Maximę sunt inter autores dissensiones, etiam inter classicos, de zonarum habitatione, duas tantum zonas inhabitari, tres uerò inhabitabiles esse, iam à Thalete, Pythagora, & Pytagoreis, Aristotele, Virgilio, Ouidio, & multis alijs tam Latinis quàm Græcis scriptoribus, creditū est. Veteres inquam, scriptores, quibus meritò ob indefessos suos labores, debetur à posteritate maximus honor, noluerunt de ignotis certò quid affirmare. Quare ob incertitudinem rei, scriptū nobis reliquerunt temperatas duas zonas inhabitari, & reliquas non. Multis profectò euidentibus argumentis affirmari potest, mediam zonam seu regionē cōprehensam, scilicet inter duos tropicos, inhabitari posse. etiāsi experiētia ipsa,

qua


Numerus insuper multiplicādus, radici ascensionum in Tabula generali mediationum cœli, à dextra adiunctus, sumitur per arcum è secunda Tabula, quo declinat complementum dati arcus eclypticæ usq; ad quadrantem, ut à proxima sectione, quæcunq; illa sit. Huius sumptionis obscuritas facit, ut uideatur operæpretium esse, ut eius explicatio uberior adijciatur, ne lector sedulus hæreat, ac in dubio relinquatur. Nam nisi in figura aliqua eius obscuritas demonstretur, fieri non potest, ut rectè intellectui mandetur. Sit igitur figura quæ requiritur, ut sequitur: b t x, sit colurus solstitiorū, t polus mundi septētrionalis, u polus zodiaci, a r g zodiacus, b h f æquator, u o p circulus latitudinis, t o s meridianus, t c d circulus declinationis, t i g circulus qui intelligitur per polum mundi, secans circulum latitudinis in puncto i, ad angulos rectos, h principiū Arietis, n locus stellæ in zodiaco, s t declinatio alicuius stellæ, à principium cancri, b a maxima Solis declinatio, cui coæquatur u t arcus, inter duos polos cōprehensus, n a cōplemētum, huic cōplemento a c, arcus à sectione uernali sumptus, semper æqualis intelligitur, c d insuper est declinatio cōmemorati complemēti, hic arcus è Tabula secunda precipitur sumi. Sed quod hoc & non alio modo tabula cōplectens numeros multiplicādos cōficienda est, hanc causam afferimus, quod s o declinatio puncti seu stellæ propositæ, nō nisi mediante arcu t i, qui per cōplementū n a ad noticiā uenit, elicitur, sicut suprà patuit. Insuper sciendū est, ꝙ sicut se habēt ad inuicē duo trianguli, u a n & u t i: ita quoq; per doctrinā triangulorū sphæricorū, se habent h a b & h c d trianguli. Hinc manifestū est per decimā quintā prop. sexti Euclidis, quod ea sit proportio h a ad a b, & h c ad c d, quæ est u a ad a n, & u t ad t i. Adhæc intelligātur duo alij trianguli rectanguli, o s e & c d h, in quibus latera ob æqualitatē angulorū sunt proportionalia. Esto, gratia exempli, stella aliqua extra eclypticā in puncto o, in eclyptica uerò in puncto n, in quarto scilicet gradu tauri, cuius declinatio s o arcus, sit 10 graduū, a b seu u t, maxima Solis declinatio, 23 gr. 30 m̄ è Tabula secunda pro s o, eliciuntur 17633 partes, quarū o s præsupponitur 100000. Porrò suplementū n a, cui coæquatur h c, est 56 gr. qui desinūt in gr. 26 Tauri in puncto c uidelicet. Huius gradus declinatio, per præcepta suis locis proposita, offertur 19 gr. 18 m̄. per hunc numerū in Tabulam secundā inductū, prodierūt pro numero multiplicādo, 35022. Cæterū cū Regiomōtanus in Tabula secūda cōficiēda, usus sit numero certo 100000, & in numero multiplicādo inuestigādo, 60000: numerus multiplicandus paulo antè inuētus, ducēdus est in 60000, & diuidendus per 100000: quo facto, excrescent 21013, quarto gradui tauri adijciendi pro c d, in tabula numerorū multiplicandorū. Et pro habendo arcu transitus stellæ, per mediū cœli, s e, ducas numerū multiplicandū in numerū prius è Tabula secunda inuentum, productus numerus erit 380522229, à quibus si abieceris quinq; figuras, residuabuntur 3805, pro subtensa arcus s e. Arcus uerò ipse è tabula sinuū, cuius sinus totus præsupponitur 60000 part. offeret se 3 gr. 38 m̄. Verùm si uidebitur operandū per tabulā, cuius sinus totus est 100000: tunc extēdas numerū 17633, in numerū 35022, & productū diuidas in 100000, aut ab eo abijcias quinq; figuras, residuū quære in tabula sinuū, & redibit idem. Nam quę est proportio 100000 ad 17633, hoc est sinus o s ad s o: ea erit 35022 ad 6175, nempe sinus ipsius c d ad e s. Ad hunc modum poteris etiam omnes reliquos numeros multiplicandos inuenire, & tabulam generalem mediationis cœli describere, quod ostendisse placuit.



TABV-

TABVLA GENERALIS.

G	♈ Radix aſcenſionũ gr.	m̄	♈ Numerus multiplicandus	♉ Radix aſcenſionũ gr.	m̄	♉ Numerus multiplicandus	♊ Radix aſcenſionũ gr.	m̄	♊ Numerus multiplicandus
0	0	0	26089	33	11	22077	62	6	12209
1	1	6	26084	33	14	21822	63	3	11823
2	2	11	26069	34	16	21560	64	0	11434
3	3	16	26046	35	18	21292	64	57	11044
4	4	22	26013	36	20	21017	65	54	10652
5	5	27	25971	37	22	20734	66	51	10258
6	6	32	25919	38	23	20447	67	47	9863
7	7	38	25857	39	25	20155	68	44	9465
8	8	43	25787	40	26	19858	69	40	9065
9	9	48	25708	41	27	19554	70	36	8664
10	10	52	25619	42	28	19245	71	33	8260
11	11	58	25522	43	28	18931	72	29	7854
12	13	3	25415	44	28	18613	73	25	7446
13	14	8	25299	45	29	18291	74	21	7037
14	15	13	25174	46	29	17964	75	17	6627
15	16	17	25041	47	29	17631	76	12	6217
16	17	22	24898	48	29	17294	77	8	5808
17	18	27	24748	49	28	16955	78	3	5398
18	19	31	24590	50	27	16612	78	58	4987
19	20	35	24423	51	26	16264	79	54	4575
20	21	39	24248	52	25	15911	80	49	4162
21	22	43	24065	53	24	15554	81	44	3748
22	23	47	23873	54	23	15194	82	40	3333
23	24	51	23674	55	21	14832	83	35	2918
24	25	54	23468	56	19	14467	84	30	2503
25	26	57	23255	57	18	14098	85	25	2087
26	28	0	23035	58	16	13726	86	20	1670
27	29	3	22807	59	14	13351	87	15	1253
28	30	6	22571	60	12	12973	88	10	836
29	31	9	22327	61	9	12593	89	5	418
30	32	11	22077	62	0	12209	90	0	0

COELI MEDIATIONVM.

	♋			♌			♍		
	Radix ascensionum		Numerus multiplicandus	Radix ascensionum		Numerus multiplicandus	Radix ascensionum		Numerus multiplicandus
G	gr.	m̃		gr.	m̃		gr.	m̃	
0	90	0	0	117	54	12200	147	49	22077
1	90	55	418	118	51	12593	148	51	22327
2	91	50	836	119	48	12973	149	54	22571
3	92	45	1253	120	46	13351	150	57	22807
4	93	40	1670	121	44	13726	152	0	23035
5	94	35	2087	122	42	14098	153	3	23255
6	95	30	2503	123	41	14467	154	6	23464
7	96	25	2918	124	39	14832	155	9	23674
8	97	16	3333	125	37	15194	156	13	23873
9	98	16	3748	126	36	15554	157	17	24065
10	99	11	4162	127	35	15911	158	21	24248
11	100	6	4575	128	34	16264	159	25	24423
12	101	2	4987	129	33	16612	160	29	24590
13	101	57	5398	130	32	16955	161	33	24748
14	102	52	5808	131	31	17294	162	38	24898
15	103	48	6217	132	31	17631	163	43	25041
16	104	43	6627	133	31	17994	164	47	25174
17	105	39	7037	134	31	18291	165	52	25299
18	106	35	7446	135	32	18613	166	57	25415
19	107	31	7854	136	32	18931	168	2	25522
20	108	27	8260	137	32	19245	169	7	25619
21	109	24	8664	138	33	19554	170	12	25708
22	110	20	9065	139	34	19858	171	17	25787
23	111	16	9465	140	35	20155	172	22	25857
24	112	13	9863	141	37	20447	173	28	25919
25	113	9	10258	142	38	20734	174	33	25971
26	114	6	10652	143	40	21017	175	38	26013
27	115	3	11044	144	42	21292	176	44	26046
28	116	0	11434	145	44	21560	177	49	26069
29	116	57	11823	146	46	21822	178	54	26084
30	117	54	12209	147	49	22077	180	0	26089

TABV-


TABVLA GENERALIS.

	♎			♏			♐		
	Radix ascensionum		Numerus multiplicandus	Radix ascensionum		Numerus multiplicandus	Radix ascensionum		Numerus multiplicandus
G	gr.	m̄		gr.	m̄		gr.	m̄	
0	180	0	26089	212	11	22077	242	6	12209
1	181	6	26084	213	14	21822	243	3	11873
2	182	11	26069	214	16	21560	244	0	11434
3	183	16	26046	215	18	21292	244	57	11044
4	184	22	26013	216	20	21017	245	54	10652
5	185	27	25971	217	22	20734	246	51	10258
6	186	32	25919	218	23	20447	247	47	9863
7	187	38	25857	219	25	20155	248	44	9465
8	188	43	25787	220	26	19858	249	40	9065
9	189	48	25708	221	27	19554	250	36	8664
10	190	53	25619	222	28	19245	251	33	8260
11	191	58	25522	223	28	18931	252	29	7854
12	193	3	25415	224	28	18613	253	25	7446
13	194	8	25249	225	29	18291	254	21	7037
14	195	13	25174	226	29	17964	255	17	6627
15	196	17	25041	227	29	17631	256	12	6217
16	197	22	24898	228	29	17294	257	8	5808
17	198	27	24748	229	28	16955	258	3	5398
18	199	31	24590	230	27	16612	258	58	4987
19	200	35	24423	231	26	16264	259	54	4575
20	201	39	24248	232	25	15911	260	59	4165
21	202	43	24065	233	24	15554	261	44	3748
22	203	47	23873	234	23	15194	262	40	3333
23	204	51	23674	235	21	14832	263	35	2918
24	205	54	23468	236	19	14467	264	30	2503
25	206	57	23255	237	18	14098	265	25	2087
26	208	0	23035	238	16	13726	266	20	1670
27	209	3	22807	239	14	13351	267	15	1253
28	210	6	22571	240	12	12973	268	10	836
29	211	9	22327	241	9	12593	269	5	418
30	212	11	22077	242	6	12209	270	0	0

COELI MEDIATIONVM.

	♑			♒			♓		
	Radix aſcenſionum		Numerus multiplicandus	Radix aſcenſionum		Numerus multiplicandus	Radix aſcenſionum		Numerus multiplicandus
G	gr.	m̃		gr.	m̃		gr.	m̃	
0	270	0	0	297	54	12309	327	49	22077
1	270	55	418	298	51	12593	328	51	22327
2	271	50	836	299	48	12973	329	54	22571
3	272	45	1253	300	46	13351	330	57	22807
4	273	40	1670	301	44	13726	332	0	23035
5	274	35	2087	302	42	14098	333	3	23255
6	275	30	2503	303	41	14467	334	6	23468
7	276	25	2948	304	39	14832	335	9	23674
8	277	20	3333	305	37	15194	336	13	23873
9	278	16	3748	306	36	15554	337	17	24065
10	279	11	4162	307	35	15911	338	21	24248
11	280	6	4575	308	34	16264	339	25	24423
12	281	2	4987	309	33	16655	340	29	24590
13	281	57	5398	310	32	16994	341	33	24746
14	282	52	5808	311	31	17231	342	38	24898
15	283	48	6217	312	31	17664	343	43	25041
16	284	43	6627	313	31	17991	244	47	25174
17	285	39	7037	314	31	18213	345	52	25299
18	286	35	7446	315	32	18631	346	57	25415
19	287	31	7854	316	32	18931	348	2	25522
20	288	27	8260	317	32	19245	349	7	25619
21	289	24	8664	318	33	19554	350	12	25708
22	290	20	9065	319	34	19858	351	17	25787
23	291	16	9465	320	35	20155	352	22	25857
24	292	13	9863	321	37	20447	353	28	25919
25	293	9	10258	322	38	20734	354	33	25971
26	294	6	10652	323	40	21017	355	38	26013
27	295	3	11044	324	42	21292	356	44	26046
28	296	0	11434	325	44	21560	357	49	26069
29	296	57	11823	326	46	21822	358	54	26884
30	297	54	12209	327	49	22077	360	0	26089

In medium productis, quæ hoc negocium postulabat, ad alia animus est uertendus, sempe ad demonstrandū, cum quo gradu stella illa regia in extremitate caudæ leonis suprà pro exemplo sumpta, ortum fecerit, anno 1550, quo D. Ferdinandus tum rex Romanorum potentissimus, & frater eius D. Carolus V, imperator Romani imperij inuictissimus, Augustæ comitia celebrârunt. Hæc inquā stella, tum temporis existens in 15 gr. 50 m̄. Virginis, mediauit cœlum, cum 21 gr. 29 m̄. eiusdem signi, & declinauit ad septentrionem 16 gr. 59 m̄. Sit igitur in figurā subiecta, r b f meridianus, q k h d horizon, q l a colurus solstitiorum, o n k e æquator, o l h f zodiacus, a c s i circulus latitudinis, b s g circulus declinationis, a polus zodiaci septentrionalis, b polus mundi, o principium arietis, l principium cancri, s locus stellæ extra eclypticam, r locus eius in eclyptica, p punctus cum quo uenit ad medium coeli, o n k g ascēsio recta, g s declinationis arcus uersus septentrionem, k i g differentia ascēsionalis, quę primùm inuestiganda est. Intelligantur nunc ad perficiendum operationem, trianguli rectanguli sphærici, k e d, b s d, b g e, quorū latera sunt per decimā quartā quinti Euclid. proportionalia: k d, k g e, b g, b e, sunt quartæ suorū circulorum, b d, est eleuatio poli septentrionalis, quæ Augustæ, ubi potentissimi duo heroes fuerūt tempore prędicto unà, extollitur supra horizontem q k s d, 48 gr. 5 m̄. huius eleuationis cōplementum nempe arcus d e, est 41 gr. 55 m̄. declinatio g s stellæ cōmemoratæ, suprà inuenta, est 16 gr. 59 m̄. Quare quę est proportio e d ad d k, ea est per doctrinā triangulorum sphæricorū, proportio ipsius g s ad s k, ortiuā nimirū latitudinē. Subtensa e d, est 40 part. 5 m̄. quarū sinus totus pręsupponitur 60. g s aūt earundem est, 17.32. Opus ritè peractū, præbuit pro subtensa s k, 26.14.43. quorū arcus ipse, ortiua uidelicet latitudo s k, è tabula sinuū inuentus est, 25 gr. 56 m̄. Subducto hoc arcu à 90, & similiter arcu g s, à 90 gr. cōplementū s d reliquū, fuit 64 gr. 4 m̄. & s b, 73 gr. 1 m̄. quorū cōplementorū subtēsæ seu sinus sunt, sicuti sequitur, puta s b: 57.23.0. & s d, 53.57.0. Itaque ordinentur numeri, ut sequitur: 57.23 | 53.57. | 60. Cum aūt trianguli b d s ac b e g, sint rectanguli: erūt latera eorū quoque proportionalia, hoc est, proportio b s ad s d, erit sicut proportio b g ad g e. Si igitur operatum fuerit, ut postulat regula aurea, offeretur subtēsa arcus g e, 56.25.35. & arcus ipse g e, 70 gr. 7 m̄. cuius cōplementū g k, differētia nempe ascensionalis, quæ quærebatur, erit 19 gr. 53 m̄. Porrò ascensio recta o n k g, quæ debetur mediationi cœli g, inuēta est ex tabulis rectarū ascensionū, 172 gr. 11 m̄. Itaque facta subtractione differētię ascensionalis ab ascensione prædicta, remansit arcus k m n o, 152 gr. 18 m̄. quibus immissis in tabulā obliquarū ascensionū, quæ est facta pro eleuatione poli 48 gr. 5 m̄. inuentus est punctus p, cum quo regia stella oritur, in 9 gr. Virginis.



Ex iā dictis igitur cōcluditur, ortū huius stellæ fixæ, & similiter aliarū, nūc aliter se habere quā olim, qđ uel inde clarū habetur ac uidere est, quod stella cōmemorata anno 1252, quo stellæ fixę ab Alphōsinis rectificatę sunt, ortū heliacū fecerit cum sexto ferè gradu Virginis, nunc autem cum 9 gr. eiusdem signi. Quamuis multa,

quæ

quando dicit, cum ad motũ primi mobilis describere arcus æquales, & hoc nõ solũ in sphæra recta imò etiã in obliqua. Vnde fit quod in uiginti quatuor horis totus semel reuoluitur, quod non æquè fieri potest in ipso zodiaco, qui ob causas iam dictas (hoc circulo æqualiter atq; uniformiter posito moueri) inæqualiter & oritur & occidit. Nam nisi statuatur æqualitas motus primi mobilis in æquatore, primũ mobile nõ rectè uocetur primum mobile, imò motus æqualitas aliò referẽda erit, quod est cõtra philosophorũ sententiã. Patet igitur clarè, autorem in hac re nihil temerè sensisse, siquidẽ illũ nõ latuit, in quauis re inæquali, si ad æqualitatẽ reduci debeat, primũ omniũ uniforme quoddã præsupponẽdum esse, sicuti uidere est, ut crassè dicã, in ipsis opificibus, qui ut inæquale ad æqualitatẽ reducãt, amussibus regulisq; uarijs utuntur. Certũ etiã est, singulis diebus artificialibus sex signa esse supra terrã, & totidẽ sub eadem. His positis, necessariò sequetur, signa cum nunc rectè nũc obliquè ascendãt, nõ æqualia requirere tempora pro suo ascensu, nam alia in breuiori, alia in longiori, tam ascendũt quã descendunt tempore, & hoc nõ solùm in recta imò etiã in obliqua sphæra. Et si rectiùs causam talis diformitatis cõsideraueris, tibi euestigiò manifestum euadet, angulos quos zodiacus cũ horizonte facit, aliter atq; aliter sese habere in utraq; sphæra: æquatoris aũt, ad suã sphærã relatos, nulli inæqualitati esse mancipatos, sicuti autor paucis sed luculenter innuit. Quãuis rudibus ualde alienũ uideatur, quod in die breuissimo æquè sex signa ascendant ac in die longissimo. & sic in alijs proportionaliter: hæc difficultas tamen omnis facilis fiet, si rectè intellexerit, quæ signa rectè aut obliquè uel ascendunt uel descendunt.

Et priusquam dicatur, quæ signa uel obliquè uel rectè ascendãt, cùm in recta tum in obliqua sphæra, notandum est, quòd ortus aut occasus alicuius signi nihil aliud fit, quã partẽ æquatoris, ut dicit autor, oriri supra horizontẽ, aut occidere, quæ oritur cum illo signo aut occidit. Ea inquã signa rectè ascẽdere dicuntur, cũ quibus maior pars æquatoris quã signi ascẽdit, obliquè uerò cõtrà. Rectè in obliqua sphæra, uti posteriùs suo loco dicet autor ascendunt, quæ sunt à principio Cancri usq; ad finẽ Sagittarij per Librã, ut sunt Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius quorum propriũ est obliquè descẽdere: reliqua autem sex, puta Capricornus, Aquarius, Pisces, Aries, Taurus, Gemini, contrario modo se habent, siquidem oriuntur obliquè, & occidunt rectè. In recta uerò sphæra nõ perinde sese res habet, in qua quatuor tantum rectè ascendunt, & obliquè descendunt, nempe Cancer, Sagittarius, Capricornus, & Gemini, reliqua omnia obliquè ascendunt, uti uidere est in tabella subiecta. *Quænam signa in utraq; sphæra positiõe rectè [illegible] obliquè [illegible] tur [illegible] dant.*

	gr.	m̃
Aries	27	54
Taurus	29	55
Gemini	32	11
Cancer	32	12
Leo	29	54
Virgo	27	54
Libra	27	54
Scorpio	29	55
Sagittarius	32	11
Capricornus	32	11
Aquarius	29	45
Pisces	27	54

Vt etiã ea quæ de ſphæra obliqua paucia in mediũ prolata ſunt, uera eſſe adpa reant, extraximus ſequentẽ tabellã e Tabulis obliquarũ aſcenſionũ, cõditis pro eleuatione poli ſeptẽtrionalis ſupra horizõtem, 48 gr. 10 m̃. Tantũ inquã eleuat polus Viennæ Pãnoniæ, ubi regia eſt D. Ferdinãdi Imp. Romanorũ potẽtiſsimi.

Rectè aſcendentia		gr.	m̃	Obliquè aſcendentia		gr.	m̃
	Cancer	36	58		*Capricornus*	27	26
	Leo	40	57		*Aquarius*	18	51
	Virgo	40	58		*Piſces*	14	50
	Libra	40	58		*Aries*	14	50
	Scorpius	40	57		*Taurus*	18	51
	Sagittarius	36	58		*Gemini*	27	26

De aſcenſionibus ſignorum in ſphæra recta, hoc eſt, quomodo ſigna, ſeu partes eclyptica in ſphæra recta cum partibus æquinoctialis contermina-libus coaſcendant.

Et eſt ſciendũ, quòd in Sphæra recta quartę zodiaci inchoatæ à quatuor punctis, duobus ſcilicet ſolſtitialibus & duobus æquinoctialibus, adæquanẽ ſuis aſcẽſionibus, id quantũ tẽporis cõſumit quarta zodiaci in ſuo ortu, in tanto tempore æquinoctialis illi cõterminalis peroritur.

Sed partes illarum quartarum uariantur, neq; habent æquales aſcenſus, ſicut iam patebit.

Cúm certò conſtet, diem artificialẽ ſub æquinoctiali, hoc eſt ſub recta ſphæra ſemper eſſe ſibi æqualẽ, & hoc à rudioribus (propterea quod aſcenſiones rectę ſint diuerſæ inter ſe) nõ ſtatim poſſet cõpræhendi imaginatione: autor diligẽter hîc ob oculos nobis ponit, quartas uidelicet, zodiaci, æqualiter aſcendere cum quartis æquatoris. Et ne cogitẽt diſcẽtes, has quartas poſſe ubiq; initiũ ſumere, ſolerter, attamẽ paucis, facit mentionẽ, punctorũ cõſtituentiũ initia cõmemoratarũ quartarũ, quæ definiuntur punctis ſolſtitialibus & æquinoctialibus. Hanc rem ita ſeſe habere, uel inde perſpicuũ eſſe probari poſſet, ni prolixitas in re leui atq; per ſe manifeſta deuitãda foret, quod æqualiũ circulorũ quartæ ſunt æquales. Si igitur zodiacus & æquator æquales ſunt circuli, quemadmodũ irrefragabiliter ſunt, eorum quartas æquales eſſe, quis obſecrò negabit?

Eſt autem Regula: Quilibet duo arcus zodiaci æquales, & æqualiter diſtantes ab aliquo quatuor punctorum iam dictorum, æquales habent aſcenſiones, & ex hoc ſequitur, quod ſigna oppoſita æquales habent deſcenſiones, & hoc eſt, quod dicit Lucanus, loquens de proceſſu Catonis in Lybiam uerſus æquinoctialem.


Non obliqua meant, nec Tauro rectior exit
Scorpius, aut Aries donat ſua tempora Libræ,
Aut Aſtrea iubet lentos deſcendere Piſces.
Par geminis Chiron, & idem quod Carcinus ardens.
Humidus Aegoceros, nec plus Leo tollitur urna.


Hic dicit Lucanus, quod exiſtentibus ſub æquinoctiali, ſigna oppoſita æquales habent aſcenſiones & occaſus. Oppoſitio autem ſignorũ habetur per hunc uerſum.

Est lib. ari. scor. tau. sa ge. cap. can. a. le. pis. uir.

Et est notandũ, quòd nõ ualet talis argumentatio: Isti duo arcus sunt æquales, & simul incipiunt oriri, & semper maior pars oritur de uno, quàm de reliquo, ergo ille arcus citius peroritur, cuius maior pars semper oriebatur. Instãtia huius argumẽtationis manifesta est, in partibus prædictarum quartarũ. Si enim sumatur quarta pars zodiaci, quæ est à principio arietis usq; ad finem geminorũ, semper maior pars oritur de quarta zodiaci, quàm de quarta æquinoctialis sibi conterminali, & tamen illæ duæ quartæ simul peroriũtur. Idem intellige de quarta zodiaci, quæ est à principio Libræ usq; ad finẽ Sagittarij. Itẽ si sumatur quarta zodiaci, quæ est à principio Cancri usq; ad finẽ Virginis, semper maior pars oritur de quarta æquinoctialis, quàm de quarta zodiaci illi cõterminali, & tamẽ illæ duæ quartę simul periuntur. Idem intellige de quarta zodiaci, quę est à primo puncto Capricorni usq; ad finẽ Pisciũ.

In hac regula multa proponuntur quæ magnum cõpendiũ præstãt in Tabulis rectarũ ascensionũ cõficiendis. Quoniã ex tabella, de rectis ascensionibus paulo antè tradita, uidere est, nempe habitis trium signorũ rectis ascẽsionibus, ascensiones reliquorũ signorũ minimè latebũt, & quod de integris signis uerũ esse cõuincitur, id de partibus eorũ ritè collatis ueritatẽ, nullo effugiet modo. Equidẽ liquidò cognosci datur è tabella præmissa, quòd quãtum cooritur cum Ariete de æquatore, tantũ coorietur cum Piscibus, Virgine, & Libra. Rursus quantũ de æquatore cooritur cum Cancro, & Geminis, tantũ coorietur etiam cum Capricorno, & Sagittario, quod æquè cõtingere uidetur in reliquis quatuor signis, Tauro scilicet, Leone, Scorpione atq; Aquario, & id propterea, quod signa cõmemorata æquè distant à punctis æquinoctialibus & solstitialibus. Atqui cùm nõ omnibus ad manũ sint Sphærę, planis figuris utcunq; demonstrare id placet, & primũ pro eo quod dicit, scilicet: *Si enim sumatur quarta zodiaci, &c.* hæc uerba declarat pulchrè figura R, in qua esto a k h b, colurus solstitiorũ, a e i æquator, b e h zodiacus, k e c colurus æquinoctiorũ, k g d c horizon, e principiũ Arietis, b finis geminorum, o finis arietis, e b quarta zodiaci, e i æquatoris quarta. Hę duę quartę inuicem sunt æquales, quãuis partes intermediæ sint inuicem inæquales, in quibus nunc plus de æquatore, nunc plus de zodiaco ascendit. Quia in quartis à principio arietis, in finem usq; geminorũ, & à principio Libræ ad finem usq; Sagittarij, plures ascendunt partes zodiaci quam æquatoris: in reliquis autem duabus quartis cõtrà fit, sicuti è tabella superiori planè edoceberis, & similiter ex figura R, in qua intelligatur triangulus g e d rectangulus, in qua angulus g d e rectus est, reliqui acuti. Per 18 igitur prop. primi Euclidis, g e latus zodiaci, longius est latere e d æquatoris: in sequẽti





autem quarta (ut dictū eſt) fit contrà, in qua plus de æquatore aſcendit quā de zodiaco. Et ut hoc plenius ad intellectū ueniat, capias figuram N, in qua m n l eſt colurus æquinoctiorū, m r l colurus ſolſtitiorū, eleuatus ſupra horizontē m q p l. Porrò n r o eſto æquator, & n q o zodiacus, l polus mundi ſeptentrionalis, & m meridionalis, q principiū Capricorni, s o & r o, ſunt duę quartę quę ex cauſis prędictis ſunt æquales, s h initiū ſignum Capricorni, cui æquiparatur r p. Iſti duo arcus inæqualiter ab ipſo horizonte m q p l ſecātur, alter in puncto q, alter aūt in puncto p. Arcum s q minorē eſſe arcu r p, uel inde manifeſtū eſt, quod Sole exiſtente extra puncta æquinoctialia, diurno motu arctiores deſcribat circulos æquidiſtantes ęquatori, quàm cum fuerit in alterutro dictorum punctorum, proptereà quod s q latus quadrāguli s r p q, in zodiaco, breuius eſt latere r p in æquatore, quod etiā ex tabella aſcenſionū rectarū ſatis ſuperq; liquet.


Horum ſedulam habuiſſe rationem, te (crede mihi) plurimū iuuabit, ut dixi in tabulis cōponendis. Porrò in quibus partibus nunc plus de æquatore, nunc de zodiaco plus aſcendat, id ex uerbis autoris clarum ac manifeſtū eſt, & adumbrata

Quantū cuiuslibet ſigni aſcenſio temporis requirat, quomodo ſit explorandum.

ſphæra materiali, multò clarius diſcentibus erit. Cæterùm ſi libuerit cognoſcere, quanto tempore aliquod ſignū in ſphæra recta aſcendat, quod ſcire neq; incōmodum neq; iniucundū eſt: tunc accipias ſigni tui aſcenſionē rectā, quam diducas per 15, ſurgent tibi horæ horarumq; partes, quas ſignū in ſuo ortu [illegible] ſicit. Si autem gradus pauciores 15 exiſtent, auge numerū tuum per 60, ſicut [illegible] eſt ſæpe, & uenient minuta horarū, quod ſedulò tibi memoria ſemper eſt tenendum. Huius rei cape exemplū de Ariete, de cæteris ſignis, q [illegible], nō aliud tibi habendū eſt iudiciū. Ex tabella præmiſſa, offertur aſcenſio recta [illegible] gr. 54 m̄. quibus diductis per 15, iuxta regulā præſcriptā, ſurrexe unt 1 hora, [illegible] m̄. ſec. Si uerò in Tauro & aliquibus ſequentibus ſignis idem experiri libuerit, offerentur pro Tauro, 1 hora, 57 m̄. 36 ſec. pro Geminis 2 hor. 8 m̄. 48 ſec. pro Cancro totidē, & pro Leone, 1 hor. 59 m̄. 36 ſec. pro Virgine autem, 1 hor. 51 m̄. ſec. &c.

Artificium rectarū aſcēſionum Tabulas componendi.

Quod deinceps reſtat, eſt ut oſtēdamus Tabularum rectarū aſcenſionū compoſitionem, quæ cognitis ſingulorū graduum eclypticæ declinationibus, ſtatim obuia eſt. Si uerò declinatio propoſiti puncti nondum fuerit cognita tibi, ea priuſquā ad opus tuum accedas, cognoſcēda eſt, iuxta regulas ſuperiùs traditas. Eſto gratia exempli, b e eclypticæ arcus propoſitus, quem finit gradus decimusſextus Tauri, huius aſcenſionē rectā, arcum uidelicet æquatoris b f, quærere libet. Eſt enim in figura precedēti, a b pars coluri æquinoctiorū, a c d, ſolſtitiorū, a polus uniuerſi ſeptentrionalis, a e f circuli declinationis pars, b c eclypticæ, b d æquatoris, a e cōplementum datę declinationis, quod eſt 73 gr. 20 m̄. ſiquidē declinatio puncti dati, ut eſt f e, arcus ſit 16 gr. 40 m̄. ſubtenſa ipſius



ſa ipſius a e, eſt 57.28.45 Et complementum b e, hoc eſt arcus e c, eſt 44 gr. cuius ſubtenſa offertur è tabulis ſinuum, 41.40.46. Intelligantur nunc duo trianguli rectanguli, a e c & a f d, quæ eſt proportio a e ad e c. ea eſt proportio a f ad f d. Opere effecto, prius diſpoſitis ritè numeris, ut 57.28.45|41.40.40|60|prodierunt pro ſubtenſa arcus f d, 43 part. 30 m̃. 30 ſec. & pro ipſo arcu, 46 grad. 28 m̃. quibus ſubductis à 90, oblata eſt b f, aſcẽſio recta, 43 grad. 32 m̃. & ſic in reliquis arcubus non excedentibus quadrantem circuli, agendũ erit. Cæterùm ſi datus arcus quadrantem circuli ſuperauerit, tunc conſideranda eſt tibi arcus dati quantitas, quæ ſi à ſemicirculo ſuperabitur, hoc eſt, ſi ſemicirculo fuerit minor, ſicuti in ſubiecta




figura (in qua k d ſit colurus ſolſtitiorum, l polus mundi, h zodiaci polus, a l pars coluri æquinoctiorum, b l o circulus declinationis, k f e a zodiacus, g f d a, æquator) eſt arcus a e m, cum inquam arcum auferas à ſemicirculo, tunc reſiduabitur f m, cuius aſcenſionem rectam quæras, quam rurſus à ſemicirculo ſubmoueas, reſiduum erit aſcenſio recta arcus illius quæſita. Exempli gratia, ſit a e m, 134 gr erit in finis gradus 14 Leonis, qui gradus tantum diſtat à principio Libræ, quantum 16 gr. Tauri à principio Arietis, quòd manifeſtum eſt, ex ijs, quorum ſuprà facta eſt mentio. Quare ſubductis 43 gr. 32 m̃. tanta enim eſt aſcenſio recta gradus 16 Tauri, e n reſiduabuntur pro aſcẽſione recta, 14 gradus Leonis, 136 gr. 28 m̃. ſicuti eſt arcus a d l. Sed ſi arcus datus ſua quantitate exceſſerit ſemicirculum, tribus tamen quartis minor, ueluti eſt arcus a f p. tunc ab eodem ſemicirculus a e f, ſubducatur, & arcus relictus poſt iuſtam operationem inueſtigationis rectæ eius aſcenſionis, præbebit tibi aſcenſionem rectam, quam ſemicirculo, nempe 180 gr. addas, productum dabit tibi id quod ſcire anhelabas. Sit gratia exempli, a e f p, arcus, 256, qui finitur in principio 16 gr. Sagittarij, nam quãdo ab eodem remoueris 180 gr, reliquus erit f p arcus, 76 gr. huius aſcenſio recta eſt, 74 gr. 48 m̃. ut eſt f r æquatoris portio, quare aſcenſio recta in tabulas referenda erit, iuxta canonem præſcriptum, 254 gr. 48 m̃ Et priuſquam fiat tranſitus ad alia, etiã oſtendendum eſt, quomodo ſit operandum, ſi arcus datus fuerit tribus quartis maior. Quod ſi contigerit quod arcus eclypticæ, ad opus propoſitus, exceſſerit ſua quantitate tres quartas ſicuti eſt arcus a e f x, tunc ſubducatur à toto circulo, reſidui elicias aſcenſionem rectam, hoc eſt ipſius a x: qua habita, ſubducenda illa erit à toto circulo, quod deinde reliquum erit, accipiendum eſt pro aſcẽſione recta, atq; in tabulas referendum. Eſto pro exemplo, a f o x arcus eclypticæ, 350 gr. qui ſi ſubtractus fuerit à toto circulo, remanebunt 10 gr. pro a x arcu, huius aſcenſio eſt iuxta præceptum ſuprà traditum, 9 gr 11 m̃. arcus nimirum a t Et cum numerus prædictus ſit determinatus in 20 gr. Piſcium, erit aſcenſio recta illius gr. 350 gr. 49 m̃. Ex his (ut mihi uidetur) ſatis ſuperq; perſpicuum eſt, quid requirat ratio componendi Tabulas rectæ aſcenſionis Solis. Hactenus de hac re dicere placuit.

TABVLA ASCENSIONVM
rectarum.

	♈		♉		♊		♋		♌		♍	
G	gr.	m̄	gr.	m̄	gr.	m̄	gr.	m̄	gr.	m̄	gr.	m̄
0	0	0	27	54	57	48	90	0	122	12	152	6
1	0	55	28	52	58	51	91	0	123	14	153	3
2	1	50	29	49	59	54	92	12	124	16	154	0
3	2	45	30	46	60	57	93	17	125	18	154	57
4	3	40	31	44	62	0	94	22	126	20	155	54
5	4	35	32	42	63	3	95	27	127	22	156	52
6	5	30	33	40	64	6	96	33	128	24	157	48
7	6	25	34	39	65	9	97	38	129	25	158	45
8	7	20	35	37	66	13	98	43	130	26	159	41
9	8	15	36	36	67	17	99	48	131	27	160	37
10	9	11	37	35	68	21	100	53	132	27	161	33
11	10	6	38	34	69	25	101	58	133	28	162	29
12	11	1	39	33	70	29	103	3	134	29	163	25
13	11	57	40	32	71	33	104	8	135	29	164	21
14	12	52	41	31	72	38	105	13	136	29	165	17
15	13	48	42	31	73	43	106	17	137	29	166	12
16	14	43	43	31	74	47	107	22	138	29	167	8
17	15	39	44	31	75	52	108	27	139	28	168	3
18	16	35	45	31	76	57	109	31	140	27	168	59
19	17	31	46	32	78	2	110	35	141	26	169	54
20	18	28	47	33	79	7	111	39	142	25	170	49
21	19	23	48	33	80	12	112	43	143	24	171	45
22	20	19	49	34	81	17	113	47	144	23	172	40
23	21	15	50	35	82	22	114	51	145	21	173	35
24	22	12	51	36	83	27	115	54	146	20	174	30
25	23	9	52	38	84	33	116	57	147	18	175	25
26	24	6	53	40	85	38	118	0	148	16	176	20
27	25	3	54	42	86	43	119	3	149	14	177	15
28	26	0	55	44	87	48	120	6	150	11	178	10
29	26	57	56	46	88	54	121	9	151	9	179	5
30	27	54	57	48	90	0	122	12	152	6	180	0

RESI

RESIDVVM TABVLAE ASCEN-
sionum rectarum.

	♎		♏		♐		♑		♒		♓	
G	gr.	m̃	gr.	m̃	gr.	m̃	gr.	m̃	gr.	m̃	gr.	m̃
0	180	0	207	54	237	48	270	0	302	12	332	6
1	180	55	208	51	238	51	271	6	303	14	333	3
2	181	50	209	49	239	54	272	12	304	16	334	0
3	182	45	210	46	240	57	273	17	305	18	334	57
4	183	40	211	44	242	0	274	22	306	20	335	54
5	184	35	212	42	243	3	275	27	307	22	336	51
6	185	30	213	40	244	6	276	33	308	24	337	48
7	186	25	214	39	245	9	277	38	309	25	338	45
8	187	20	215	37	246	13	278	43	310	26	339	41
9	188	15	216	36	247	17	279	48	311	27	340	37
10	189	11	217	35	248	21	280	53	312	27	341	33
11	190	6	218	34	249	25	281	58	313	28	342	29
12	191	1	219	33	250	29	283	3	314	29	343	25
13	191	57	220	32	251	33	284	8	315	29	344	21
14	192	52	221	31	252	38	285	13	316	29	345	17
15	193	48	222	31	253	43	286	17	317	29	346	12
16	194	43	223	31	254	47	287	22	318	29	347	8
17	195	39	224	31	255	52	288	27	319	28	348	3
18	196	35	225	31	256	57	289	31	320	27	348	59
19	197	31	226	32	258	2	290	35	321	26	349	54
20	298	27	227	33	259	7	191	39	322	25	350	50
21	199	23	228	33	260	12	292	43	323	24	351	45
22	200	19	229	34	261	17	293	45	324	23	352	40
23	201	15	230	35	262	22	294	51	325	21	353	35
24	202	12	231	36	263	27	295	54	326	20	354	20
25	203	9	232	38	264	33	299	57	327	18	355	25
26	204	6	233	40	265	38	298	0	328	16	356	20
27	205	3	234	42	266	43	299	3	329	14	357	15
28	206	0	235	44	267	48	300	6	330	11	358	10
29	206	57	236	46	268	54	301	9	331	9	359	5
30	207	54	237	48	270	0	302	12	332	6	360	0

De aſcenſionibus ſignorum in ſphæra obliqua, polo ſeptentrionali eleuato, queq; ſit ratio aſcenſionum in ſphæra obliqua, collatarum ad aſcenſiones in ſphæra recta.

In Sphæra autem obliqua ſiue decliui, duæ medietates zodiaci adæquantur ſuis aſcenſionibus. Medietates dico, quæ ſumũtur à duobus punctis æquinoctialibus, quia medietas zodiaci, quæ eſt à principio arietis uſq; ad finem uirginis, oritur cum medietate æquinoctialis ſibi cõterminali. Similiter alia medietas zodiaci oritur cum reliqua medietate æquinoctialis.


Poſtquam in premiſſa parte, id omne quod ad explanationem aſcenſionis & deſcenſionis ſignorum, atq; ad duos regulas pertinet, plenè expoſuit: nunc conſequens eſt, ut etiam in hac parte proſequatur, atq; planum faciat id, quod requiritur ad plenam cognitionem aſcenſionum obliquarum, tam integrorum ſignorum quàm medietatum ſphæræ obliquæ, item partium eorũ. Primò loquitur de medietatum ſphæræ accidentibus. Deinde de partium illarum medietatum accidentibus. Tertiò oſtendit quoslibet duos arcus æquales & oppoſitos, aſcenſiones ſuas obliquas ſimul iunctas æquales habere aſcenſionibus rectis eorundem arcuum. Quartò, more ſuo (ut res plenius intelligatur) addit regulã. Perſpicuum equidem eſt ex ſuprà dictis de ſphæra recta, & è tabella illius ſphæræ, quod ubicunq; inceperis cõnumerare ſex ſigna, quòd ſemper proueniant 180 gr. qui 12 horas conſtituunt, quod non perinde fit in ſphæræ obliquæ aſcenſionibus, in qua ſex ſignorum aſcenſiones ſimul ſumptæ, nunc creſcunt nunc decreſcunt ſupra 180 gr. ita ut nunc plura nunc pauciora ſigna, aut rectè aut obliquè aſcendãt ſiue deſcendant, in qua nunquam ſex ſigna habẽt 180 gr. pro aſcenſionibus ſuis, niſi cùm Sol fuerit in principio aut Libræ, aut Arietis: ſiquidem tunc temporis aſcendant totidẽ ſigna rectè, quot obliquè, ſicuti uidere eſt in ſphęra materiali, in qua neuter colurorũ in ſitu obliquo ſphęrę, cadit, hoc eſt unitur aliquando cum ipſo horizonte, imò eundem horizontem ſemper interſecat. Vnde fit ut inter puncta quartarum eclypticæ & æquatoris definitiua, ab ipſis coluris, ſola puncta æquinoctia utriſq; æquatoris & eclypticæ, atq; horizonti communia, eundem ſimul attingant horizontem. Hoc uel inde perſpicuum eſt, quod ſi alterũ æquinoctiorum ad ortiuum poſueris horizontem, & ſphæram eleuato polo per meridiem ad occiduum circumduxeris horizontem, tunc uidebis medietatem æquatoris, cum reſpondente eclypticę medietate, ſimul eleuari & deprimi, quare æquè citò aſcendit & deſcẽdit una prædictarum medietarum, quàm citò & reliqua. Quod non perinde fit in reliquorum duorum punctorum medietatibus intermedijs, & multò minus in alijs punctis. Ex his inquam facta collatione ad rectam ſphærã, autor motus eſt, referre æqualitatem aſcenſionum obliquarũ & zodiaci, ad puncta æquinoctialia, & non aliò: hoc eſt, ſenſus uerborum ſuorum eſt, quòd à principio Arietis uſq; ad finem Virginis, & à fine Virginis uſq; ad finem Piſcium, totidem gradus aſcendant de æquatore, quot de zodiaco. Cùm hæc per ſe non ſint obſcura, ſuperuacaneum eſſe uidetur plura de hac re facere uerba.

Partes autem illarum medietatum uariantur ſecundũ ſuas aſcenſiones, quoniam in illa medietate zodiaci, quæ eſt à principio arietis uſq; ad finem uirginis, ſemper maior pars oritur de zodiaco quàm de æquinoctiali, & tamen illæ medietates ſimul perorìuntur.


Econuerſo

Econuersò contingit in reliqua medietate zodiaci, quæ est à principio libræ, usque ad finem piscium, semper enim maior pars oritur de æquinoctiali, quam de zodiaco, & tamē illæ medietates simul peroriuntur. Vnde hic patet instantia facta manifestior contra argumentationē superius dictam.

Nunc porrò autor, cognitis illis quæ requiruntur ad totius cognitionem, incipit tractare de partium medietatum illarum accidentibus. Nam ex prędictis manifestum est, in medietatum partibus modò plus de æquatore, modò de eclyptica plus ascendere. Verumenimuerò, quòd in medietate à principio Arietis usque ad finem Virginis, sicuti autor in textus prima parte asserit, plus ascēdat de eclyptica in partibus illius medietatis, id ex figura subiecta patet, in qua i c d f circulus, repræsentat colurum solstitiorum, h a d colurum æquinoctiorum, d polum mundi septentrionalem, i l e horizontem, c a k zodiacū, b a g æquatorē, a principium arietis. Intelligatur nunc arietis principium a, supra horizontem i k e eleuari, ita ut principiū tauri k, sit in ipso horizonte, & intelligaturetiā a l k triangulus, cuius latera sunt a l, a k, & l k. Sed quod angulus a l k sit obtusus, patet ex definitione sphæræ obliquæ, quæ dicit obliqua eò quod æquator horizontem ad angulos inęquales secat, nempe in acutum & obtusum, quorum alter recto maior, alter uerò minor est recto. Et cùm d sit polus eleuatus supra horizontem: a l k angulus obtusus erit, quare a k zodiaci latus, maius erit latere a l æquatoris, per decimam octauam propositionem primi Euclidis, & id propterea, quòd angulus a l k, ex dictis, sua magnitudine superat a k l angulum.



In reliqua autem medietate fit contrà, siquidem in ea à principio Libræ usque ad finem Piscium, semper in partialibus ascensionibus plus de æquatore quàm zodiaco ascendat, sicuti in figura sequenti clarè uidere est, in qua rursus e c f h est colurus solstitiorum, c a h zodiacus, d a g æquator, i a b colurus æquinoctiorum, e l k f horizon obliquus, b polus mundi septentrionalis, f b arcus eleuationis poli, a principium Libræ, a l h quarta zodiaci à principio Librę usque ad finem Sagittarij. Intelligatur porrò a l arcus zodiaci, & a k



æquatoris, & a punctus æquinoctialis autumnalis eleuari ſupra horizontem e l f, ſecundum quantitatem arcus zodiaci, a l. Quod autem angulus a l k ſit in triangulo a k l, reliquis angulis maior: hoc patet ex eo maximè, quòd æquator deflectit à puncto noſtro uerticali meridiem uerſus, ſicuti eſt uidere ex arcubus f d & e d, quorum f d arcum e d, quo eleuatur æquator ſupra horizontem meridionalem, multò ſua magnitudine ſuperat. Maiori angulo per 18 prop. primi Euclidis, maius latus prætenditur: angulus a l k, maior eſt l k a angulo: quare a k æquatoris latus, maius eſt a l, latere zodiaci. a l k maiorme eſſe quolibet reliquorum duorum angulorum, id partim conſtat ex prædictis, partim ex definitione anguli obtuſi hinc patet intentum autoris.

Arcus aũt qui ſuccedunt arieti uſq; ad finem uirginis in ſphæra obliqua, minuunt aſcenſiones ſuas ſupra aſcenſiones eorundem arcuum in ſphæra recta, quia minus oritur de æquinoctiali. Et arcus, qui ſuccedũt libræ uſq; ad finem piſcium in ſphęra obliqua, augent aſcenſiones ſuas ſupra aſcenſiones eorundem arcuum in ſphæra recta, quia plus oritur de æquinoctiali. Augent dico, ſecundùm tantam quantitatem, in quanta arcus ſucced&ẽtes arieti minuũt. Ex hoc patet, quòd duo arcus æquales & oppoſiti in ſphæra decliui, habẽt aſcenſiones ſuas iunctas æquales aſcenſionibus eorundem arcuũ in ſphæra recta ſimul ſumptis, quia quãta eſt diminutio ex una parte, tanta eſt additio ex altera. Licet enim arcus inter ſe ſint inæquales, tamen quanto unus minor eſt, tantum recuperat alius, & ſic patet adæquatio.


Regula quidem eſt in ſphæra obliqua, quod quilibet duo arcus zodiaci æquales, & æqualiter diſtantes ab alterutro punctorum æquinoctialium, æquales habent aſcenſiones.

Priuſquam ex prædictis de utriſq; ſphæris colligat regulam, facit collationem aſcenſionum utrarumque ſphærarum. Quoniam quantum ex præmiſsis certò colligi poteſt, in obliqua ſphæra à principio Arietis uſq; ad finem Virginis, ſemper minus de æquatore (collatione facta ad rectæ ſphæræ aſcenſiones) aſcendit quam in recta ſphæra. Rurſus in reliqua medietate, quæ eſt à principio Libræ uſq; ad finem Piſcium, aſcenſiones obliquæ ſphæræ multùm ſuperant aſcenſiones rectæ ſphæræ, & hoc proportionaliter. Nam quantum aſcenſio rectæ ſphæræ à principio Arietis uſque ad finem Virginis, augetur ſupra aſcenſionem obliquæ ſphæræ: tantum augebitur aſcenſio obliquæ ſphæræ à principio Libræ uſq; ad finem Piſcium, ſupra aſcenſiones rectæ ſphæræ. Hoc uult autor, quando dicit: *Ex hoc patet quod duo arcus, &c.*

Ex tabulis ſuo loco poſitis de utriſq; ſphęris patet, gratia exẽpli, quod in obliqua ſphæra, ubi eleuatur polus 48 gr. cum Ariete aſcendunt de æquatore, 14 gr. 50 m̃. & in recta ſphæra, 27 gr. 54 m̃ harum aſcenſionum differentia eſt, 13 gr. 4 m̃. Quod aũt in oppoſitis arcubus eadem ſit differẽtia, patet per ſe: quia cum Libra aſcendũt in obliqua ſphæra de æquatore, 40 gr. 54 m̃. & in recta ſphæra, 27 gr. 54 m̃. His aſcenſionibus inuicem collatis, non alia ſequitur differentia quàm ſuprà. Poſtremò regulæ ſenſus manifeſtus eſt, ex tabula ꝓpoſita ſuprà, in qua tam Virgo & Libra, quàm Aries & Piſces habent æquales aſcenſiones, ſiquidem æquè diſtant ab alterutro punctorũ æquinoctialium, & ſic de reliquis iudicandũ eſt.

Nunc

Nunc reliquum eſt, expoſitis accidentibus aſcenſionũ cùm rectæ ſphærę tum obliquæ, ut oſtendamus etiam rationem cõponendi Tabulas obliquarũ aſcenſionum, ſine quibus planè nihil efficies: ſed Tabulæ obliquarum aſcenſionum, abſq; cognitione differentiarum aſcenſionalium (quæ ſunt arcus æquatoris, cõprahenſi inter circulum horizontalem & circulum declinationis, quibus arcubus differunt aſcenſiones rectæ ab obliquis) cõponi nõ poſſunt, ad quarum inuentionem duo potiſsimum præſupponenda ſunt: nempe declinatio loci in zodiaco dati, & altitudo poli. Atqui priuſquã opus aggrediatur, ſingula ſubiecta quadã figura demonſtrãda ſunt, in qua o p m eſto meridianus, o c k horizon, cuius eſt polus punctus n, & b m a s æquator, b i a t zodiacus, p polus mũdi, o i e declinationis circulus, b principiũ Arietis, i locus dati puncti in zodiaco ſtatuendus in circulũ horizontalem, in cõpoſitione Tabularum differentiarũ, qui eſt 26 gr. Tauri, k p eſt altitudo poli, quæ præſupponitur Viennæ Pannoniæ, ubi eſt regia D. Ferdinandi, Imp. Romanorum inuictiſsimi, 48 gr. 10 m̃ arcus e i, eſt declinatio puncti dati, 19 gr. 18 m̃ 4 ſec. b c e eſt aſcẽſio recta, 53 gr. 40 m̃. b c aſcenſio obliqua nondum cognita, c e differentia aſcenſionalis in inueſtigatione propoſita, k m cõplementũ eleuationis poli, eſt 41 gr. 50 m̃. p i cõplementũ uerò declinationis puncti dati, 70 gr. 42 m̃. Inſuper intelligãtur duo trianguli, ſcilicet k c m & i c e rectanguli, hinc quę eſt proportio




m k ad k c: ea erit proportio e i ad i c. | m k ſinus eſt 40 part. 1 m̃ 4 ſec. k c eſt ſinus totius 60 part. | e i 19 part. 49 m̃ 51 ſec. Opere decẽter exacto, ſubtẽſa c i arcus, oblata eſt 29 part. 41 ferè m̃. arcus uerò ipſe, 29 gr 39 m̃. Itẽ, c k & p i e ſunt ſuorũ circulorũ quartæ. Cõplementũ e i declinationis, eſt i p, 70 gr. 41 m̃. 56 ſec. & c i cõplementũ, hoc eſt i k, eſt 60 gr 21 m̃ Horũ cõplementorũ ſinus ſunt, ſcilicet ipſius p i, 56 37. 41. & i k, 52. 8. 37. Imaginẽtur rurſus duo triãguli rectãguli, nẽpe p i m & p i k: quæ eſt igitur ꝓportio p i ad i k: ea erit ꝓportio p e ad e m. En poſt opus ritè effectũ, ſubtẽſa arcus e m oblata eſt, 55 part. 15 m̃. & arcus ipſe, 67 gr, 2 m̃. ꝗ ſublato à quadrãte m c, reliquus fuit arcus e c, 22 gr 58 m̃ differẽtia puta ꝗ quærebat ꝓ puncto dato. Et ſi inuẽta differẽtia auferet ab arcu b e recta aſcenſione, nimirũ, 53 gr. 40 m̃. remanebit b c, aſcẽſio obliqua, 30 gr 42 m̃. Erit igitur Sole exiſtẽte in 26 gr. Tauri, Viẽnæ Pãnonię, arcus ſemidiurnus, 1 hor. 31 m̃. 52 ſec. maior quã eſt ſub æquatore. Iuxta hoc exẽplũ, poteris ad ſingulas poli eleuationes, cõponere Tabulas obliquarũ aſcenſionũ. Sed hoc notandũ eſt, qđ ſi cõputaueris tibi Tabulã dictarũ aſcẽſionũ, à principio Arietis uſq; ad finẽ Geminorũ, qđ illa ꝓ reliqs trib. quartis ſufficiet. Hoc uerò nõ eſt ſilẽtio prætereundũ, qđ uidelicet differẽtię, modo iam propoſito inuentæ, in ſignis ſeptentrionalibus ſint auferendæ ab aſcenſionibus rectis illis reſpondentibus, & in meridionalibus ſint commemoratis

aſcenſionibus

Artif...ium compo... tabulas ... quarũ a... ſionum

ascensionibus rectis addēdę. Huius tam additionis quã subtractionis argumentum certum ac euidens est, quòd suprà ex autoris sententia manifestum euasit, nempe ascēsiones rectas à principio Arietis usq; ad finem Virginis, superare sua quantitate ascensiones obliquas, in reliqua autem medietate fieri contrà. Cæterùm cùm differentiæ commemoratæ duarientur, nunc propter poli eleuationē, nunc propter declinationem, & prior doctrina tantum sufficiat, pro inueniēdis differentijs Solis maximæ declinationis, & hoc ad unam tantum poli eleuationem: nunc porrò quomodo ad singulas poli eleuationes, singulasq; declinationes, locorum stellarum extra eclypticam in utrasq; partes existentium, Tabulæ differentiarum ascensionalium componi debeāt, ostendendum est. Bis inquam cōtingit in singulis poli eleuationibus, nullam esse differentiam ascensionalem, nempe tum cùm nulla est declinatio, & quando declinatio & poli eleuatio simpliciter simul sumptæ, coæquāt circuli quartam: siquidem tunc datum punctum non oriatur, sed in mundi conuersione stringit horizontalem circulum.



Hæc in subiecta figura clara se offerunt, in qua a m n est æquator, a l n zodiacus, o i l m meridianus circulus, k polus zodiaci septentrionalis, i mundi polus, k g d circulus latitudinis, i g c circulus declinationis, o b g h horizon, a principium Arietis, h i arcus altitudinis poli. Si c g i intelligitur transire per punctum s: tunc c g arcus altitudinis euanescet, & nullus erit. Quare tum temporis nulla erit differentia inter ascensionem rectam & obliquam. Rursus si imaginabitur c g i circulus, esse sub o i l m circulo, punctus g unietur cum h puncto, & m h fiet declinationis arcus, qui unà cum i h arcu altitudinis poli, integrabit quartam circuli. Igitur stella aut sumptus punctus quicunq; ille sit, non occidet ad cōuersionem mundi, imò semper stringet atq; adeò radet horizontem.

Tabula differentiarum ascensionalium quomō supputanda sit. Compositurus igitur tabulam ad quadrantē usq; circuli, fac eleuationem poli i h, primum unum gradum, & similiter g c unum gradum, & quære s c ascensionalem differentiā, & deinde fac c g duos gradus, & operare ut prius: deinde tres gradus, & sic deinceps, usq; ad punctum h. Porrò fac h i eleuationem poli duos gradus, & g c rursus unum gradum, deinde duos, deinde tres, deinde quatuor, rursus usq; ad punctum h. Atqui ut res perspicacior sit, exemplo eam illustrabimus, secundùm quod deinceps in reliquis opus institui debet.

Ponatur

Ponatur altitudo poli, scilicet h i, 48 gr. erit complementum eius m h, 42 gr. & sinus ipse, 40.8.52. Et c g declinatio puncti seu stellæ, existentis in g, 39 gr. sinus uero siue subtensa huius arcus erit, 37 partium, 45 m̄. 33 secund. h s sinus totus, est 60 partium. Intelligantur nunc porrò duo trianguli rectanguli sphærici, puta m h s & c g s. Erit igitur proportio m h ad h s ea, quæ est c g ad g s. Cum ex prædictis tria sint nota, innotescet etiam quartum, arcus uidelicet g s, qui aliàs dicitur orbi ua latitudo, & offertur illius subtensa 56 partiū, 26 m̄. 23 secund. ex diligenti operatione: arcus uerò ipse, 70 grad. 10 m̄ Huius cōplementum, ut est g h, facta subtractione, est 19 grad. 50 m̄. horum graduum sinus est: 20.21.26. & complementū declinationis propositę, scilicet arcus g i, erit 51 grad. 0 m̄. sinus autem eius: 46.37.44. Rursus intelligantur duo trianguli rectanguli, i h g & i m c: quare quæ est proportio i g ad g h, ea erit proportio i c ad c m. Positis numeris ut sequitur, nempe: 46.37.44. | 60 | 20.21.26. & opere ad finem deducto, producentur pro sinu c m. 26.11.0. & pro arcu ipso: 25 grad. 52 m̄. quibus subductis à quadrante s m, residua sunt pro ascensionali differentia, 64 grad. 8 m̄. Tantus est arcus quæsitus c s, qui in quæstionem propositus est.

Ad eundem modum quoq;, in reliquis opus tibi, uel ad singulas poli eleuationes, singulasq; declinationes datas, instituendum erit. Hoc pacto Regiomontanus, tabulam subsequentem differentiarum ascensionalium composuit, quę tantum ad declinationem 32 grad. & poli eleuationem 60 grad. extēsa est, siquidem pro opere suo instituto, 32 gradus pro declinatione, & 60 grad. pro latitudine, sibi sufficere uidebantur. Et si placuerit tibi alias tabulas speciales differentiarum ascensionalium condere, & ex illis ac Tabula rectarū ascensionum, deinde formare pro singulis poli eleuationibus, Tabulas obliquarū ascensionum: quæras differentiam ascensionalem hoc modo: Ingrediaris lateraliter cum declinatione puncti tui propositi, tabulā eleuationis poli, ad quam instituisti opus tuum, accipiasq; eleuationem poli in capite tabulæ, communis angulus præbebit tibi differentiam quæsitam, cum qua opereris iuxta canones suprà propositos. Si autē adhæserint declinationi minuta, aut minutorum partes: tunc confugias ad doctrinam inuestigandi minuta proportionalia. Cæterùm cùm operatio, rectè cognitis prædictis, nihil habeat difficultatis, non plura dicenda sunt de hac re.

TABVLA.

	Eleuatio	1		2		3		4		5		6		7		8	
	G	gr.	m̃	gr.	m̃	gr.	m̃	gr.	m̃	gr.	m̃	gr.	m̃	gr.	m̃	gr.	m̃
	1	0	1	0	2	0	3	0	4	0	5	0	6	0	7	0	8
	2	0	2	0	4	0	6	0	8	0	10	0	13	0	15	0	17
	3	0	3	0	6	0	9	0	13	0	16	0	19	0	22	0	25
	4	0	4	0	8	0	13	0	17	0	21	0	25	0	30	0	34
	5	0	5	0	10	0	16	0	21	0	26	0	32	0	37	0	42
	6	0	6	0	13	0	19	0	25	0	32	0	38	0	44	0	51
	7	0	7	0	15	0	22	0	30	0	37	0	44	0	52	0	59
	8	0	8	0	17	0	25	0	34	0	42	0	51	0	59	1	8
	9	0	9	0	19	0	29	0	38	0	48	0	57	1	7	1	16
De-	10	0	11	0	21	0	32	0	42	0	53	1	4	1	14	1	25
cli-	11	0	12	0	23	0	35	0	47	0	58	1	10	1	22	1	34
na-	12	0	13	0	25	0	38	0	51	1	4	1	17	1	30	1	43
tio	13	0	14	0	28	0	42	0	56	1	9	1	23	1	37	1	52
ſtel-	14	0	15	0	30	0	45	1	0	1	15	1	30	1	45	2	0
le	15	0	16	0	32	0	48	1	4	1	21	1	37	1	53	2	10
	16	0	17	0	34	0	52	1	9	1	26	1	44	2	1	2	19
	17	0	18	0	37	0	55	1	14	1	32	1	50	2	9	2	28
	18	0	19	0	39	0	59	1	18	1	38	1	57	2	17	2	37
	19	0	21	0	41	1	2	1	23	1	44	2	4	2	25	2	46
	20	0	22	0	44	1	6	1	27	1	49	2	12	2	34	2	56
	21	0	23	0	46	1	9	1	32	1	55	2	19	2	42	3	6
	22	0	24	0	49	1	13	1	37	2	2	2	26	2	51	3	15
	23	0	25	0	51	1	17	1	42	2	8	2	33	2	59	3	25
	24	0	27	0	53	1	20	1	47	2	14	2	41	3	8	3	35
	25	0	28	0	56	1	24	1	52	2	20	2	49	3	17	3	45
	26	0	29	0	59	1	28	1	57	2	27	2	56	3	26	3	56
	27	0	31	1	1	1	32	2	3	2	33	3	4	3	35	4	6
	28	0	32	1	4	1	36	2	8	2	40	3	12	3	45	4	17
	29	0	33	1	7	1	40	2	13	2	47	3	20	3	54	4	28
	30	0	35	1	9	1	44	2	19	2	54	3	29	4	4	4	39
	31	0	26	1	12	1	48	2	24	3	1	3	37	4	14	4	51
	32	0	37	1	15	1	53	2	30	3	8	3	46	4	24	5	2

DIFFE.

DIFFERENTIARVM ASCENSIONALIVM

G	9 gr.	9 m̃	10 gr.	10 m̃	11 gr.	11 m̃	12 gr.	12 m̃	13 gr.	13 m̃	14 gr.	14 m̃	15 gr.	15 m̃	Poli
1	0	9	0	11	0	12	0	13	0	14	0	15	0	16	
2	0	19	0	21	0	23	0	25	0	28	0	30	1	32	
3	0	29	0	32	0	35	0	38	0	42	0	45	0	48	
4	0	38	0	42	0	47	0	51	0	56	1	0	1	4	
5	0	48	0	53	0	58	1	4	1	9	1	15	1	21	
6	0	57	1	4	1	10	1	17	1	23	1	30	1	37	
7	1	7	1	14	1	22	1	30	1	37	1	54	1	57	
8	1	16	1	25	1	34	1	43	1	52	2	0	2	9	
9	1	26	1	36	1	46	1	56	2	6	2	16	2	26	
10	1	36	1	47	1	58	2	9	2	20	2	31	2	42	
11	1	46	1	58	2	10	2	22	2	34	2	47	2	59	
12	1	56	2	9	2	22	2	35	2	49	3	2	3	16	
13	2	6	2	20	2	34	2	49	3	3	3	18	3	33	
14	2	16	2	31	2	47	3	2	3	18	3	34	3	50	
15	2	26	2	42	2	59	3	16	3	33	3	50	4	7	
16	2	36	3	54	3	12	3	30	3	48	4	6	4	24	
17	2	47	3	5	3	24	3	44	4	3	4	22	4	42	
18	2	57	3	17	3	37	3	58	4	18	4	39	5	0	
19	3	8	3	29	3	50	4	17	4	34	4	55	5	18	
20	3	18	3	41	4	3	4	26	4	49	5	12	5	36	
21	3	29	3	53	4	17	4	41	5	5	5	30	5	54	
22	3	40	4	5	4	30	4	56	5	21	5	47	6	13	
23	3	51	4	18	4	44	5	11	5	37	6	7	6	32	
24	4	3	4	30	4	58	5	26	5	54	6	22	6	51	
25	4	14	4	43	5	12	5	41	6	11	6	41	7	11	
26	4	26	4	56	5	26	5	57	6	28	6	59	7	31	
27	4	38	5	9	5	41	6	13	6	45	7	18	7	51	
28	4	50	5	23	5	56	6	29	7	3	7	37	8	11	
29	5	2	5	37	6	11	6	46	7	21	7	57	8	32	
30	5	15	5	51	6	27	7	3	7	40	8	17	8	54	
31	5	28	6	5	6	42	7	20	7	58	8	37	9	16	
32	5	41	6	20	6	59	7	38	8	18	8	58	9	38	

RESIDVVM TABVLAE.

complexio horum parallelorum, sit linea quædam spiralis: siquidem non recurrat punctus quo describuntur ad suum principium, imò relinquat principium illud aut ultrà aut citra, tamen hæc deflectio nihil erroris ob suam paruitatem ingerit. Horum parallelorum medius, æquatoris nomen sibi uendicat, extremi uerò, tropici Capricorni & Cancri appellantur. Esto in subiecta figura, a d e l colu



rus solstitiorum, a e d axis mundi, e r axis zodiaci, h sit principium Capricorni. Ab hoc puncto intelligatur Sol ascēdere ab inferiori hemisphærio ad superius, ad punctum s, siquidem h m repræsentat planum eclypticę. En ad motum primi mobilis, qui fit in punctis seu polis a d, describetur parallelus o p, & sic ascēdente Sole ad hemisphærium superius, describentur reliqui paralleli usque ad æquatorem f l, qui (uti dictum est) eorum maximus est, & æquinoctij per uniuersum terrarum orbem, cùm describitur, index. Hinc usque ad tropicum Cancri g m postremò descriptum, Sol ascendendo adpræhendit suum terminum, unde iterum descendere incipit, à puncto m uersus p. Hoc inquam ascensu & descensu, ea quorum autor primò meminit, suum acquirunt finem.

In Sphæra igitur recta, c m horizon sphæræ rectæ transeat per pôlos mundi, diuidit omnes circulos istos in partes æquales. Vnde tanti sunt arcus dierum, quanti sunt arcus noctium apud existētes sub æquinoctiali. Vnde patet, quod existentibus sub æquinoctiali, in quacunque parte firmamenti sit Sol est semper æquinoctium.

Optimè equidem ad usum applicantur, quorum in primo capite meminit de

recta

recta & obliqua sphæra. Quod autem illis qui habitant sub æquatore, quibus nullus polorum supra horizontem eleuatur, dies artificialis semper æqualis sit nocti artificiali: hanc autor assignat causam, & id uerè, nempe quod omnes paralleli commemorati, ab horizonte a d, in æquales dispescantur partes, ita quòd de singulis tantum relinquatur sub terra, quantum supra. Et cùm hæc res ex premissa figura satis superq; manifesta sit, superuacaneum foret prolixius quid hîc in medium proferre. Nunc ad alia uertatur animus.

In Sphæra autem decliui, horizon obliquus diuidit solùm æquinoctialem in duas partes æquales. Vnde quando Sol est in alterutro punctorum æquinoctialium, tunc arcus diei æquatur arcui noctis, & est æquinoctium in uniuersa terra.

Omnes uero alios circulos, diuidit horizon obliquus in partes inæquales, ita ut in omnibus circulis qui sunt ab æquinoctiali, usq; ad tropicum Cancri, & in ipso tropico Cancri, maior sit arcus diei, quam noctis, id est, arcus super horizontem, quàm sub horizonte. Vnde in toto tempore, quo Sol mouetur à principio Arietis per Cancrum, usq; in finem uirginis maiorantur dies supra noctes, & tanto plus, quanto magis accedit Sol ad cancrum, & tanto minus, quanto magis recedit.

Econuerso autem se habet de diebus & noctibus, dum Sol est in signis australib. In omnibus alijs circulis, quos Sol describit inter æquinoctialem & tropicum Capricorni maior est arcus sub horizonte, & minor supra. Vnde arcus diei est minor quàm arcus noctis, & secundum proportionẽ arcuũ minorantur dies supra noctes, & quanto circuli sunt propinquiores tropico hyemali tanto magis minorãtur dies.

Vnde uidetur, quod si sumãtur duo circuli æquidistantes ab æquinoctiali ex diuersis partibus, quantus est arcus diei in uno, tantus est arcus noctis in reliquo. Ex hoc sequi uidetur, quod si duo dies naturales sumantur in anno, æqualiter remoti ab alterutro æquinoctiorũ in oppositis partibus, quanta est dies artificialis unius, tanta est nox alterius, & econuerso. Sed hoc est quantum ad uulgi sensibilitatem in horizontis fixione. Ratio enim per ademptionem Solis contra firmamentum in obliquitate zodiaci, uerius diiudicat.

Quanto quidem polus mundi magis eleuatur supra horizontem, tanto maiores sunt dies æstatis, quando Sol est in signis septentrionalibus, sed econuerso, quando est in signis australibus, tanto magis minorantur dies supra noctes.

Notandum etiam, quod sex signa, quæ sunt à principio Cancri per Libram usq; in finem Sagittarij: habent ascensiones suas in sphæra obliqua simul iunctas maiores ascensionibus sex signorum, quę sunt à principio Capricorni per Arietẽ, usq; ad finẽ geminorũ. Vnde illa sex signa prius dicta, dicuntur rectè oriri, ista uerò sex obliquè. Vnde uersus:

Recta


Recta meant, obliqua cadunt à sidere Cancri,
Donec finitur Chiron, sed cætera signa
Nascuntur prono, descendunt tramite recto.

Et quando est nobis maxima dies in æstate, scilicet sole existente in principio Cancri, tunc oriuntur de die sex signa directè orientia, de nocte autem sex obliquè.

Econuerso, quando nobis est minimus dies in anno, scilicet Sole existente in principio Capricorni, tunc oriuntur de die sex signa obliquè orientia, de nocte uerò sex directè.


Quando autem Sol est in alterutro punctorum æquinoctialium, tunc de die oriuntur tria signa directè orientia, & tria obliquè, & de nocte similiter.

Sciendum est deinceps, quod qui absunt in alterutram partem ab æquatore, quod illis alter polorum eleuabitur supra horizontem. Vnde fit, quòd paralleli descripti à centro corporis solaris, ad motum primi mobilis, dispescantur ab horizonte in partes inæquales: æquatore excepto, qui cum transeat per centrum uniuersi, nō potest aliter diuidi quàm in partes æquales, quantumuis aut eleuentur aut deprimantur poli, reliqui autem paralleli omnes suscipiunt inæqualitatē in diuisione per horizontem. Nam à principio Arietis usque ad principium Cancri, maior pars eorum parallelorum est supra terram, & minor sub ea: à principio autem Libræ per oppositam partem, fit contrà. Cùm itaque prædicti paralleli sint dierum arcus, sequitur à principio Arietis ad finem usque Virginis, diem artificialem sua quantitate uincere noctem suam, & in reliqua medietate cōtrarium euenire. Esto c k g b colurus solstitiorum, k e æquator, g e axis mundi, c polus Bo-



reus, g auſtralis polus, i a d planum eclypticæ, r a b horizon obliquus, c b eleuatio poli ſupra horizontē, m o d tropicus Cancri, l x f tropicus Capricorni. Quando ut dictum eſt, Sol fuerit ſub æquatore: tunc parallelus k a e deſcribitur, qui repræſentat æquatorem, qui ſolus eſt in qualibet ſphæra obliqua, qui per horizontem obliquum diuiditur in duas partes æquales: unde tum temporis æquinoctium fit per uniuerſum orbem terrarum: & cum ab hoc loco receſſerit ad ſigna borealia, uerſus b: tunc ſemper maior pars parallelorum ab horizonte r a b diuiſorum, erit ſupra horizontem, minor ſub eodem, uti uidere eſt in s ce, ee q, item & o m, qui repræſentant arcus ſemidiurnos, & eorum ſupplementa s pp, q qq, & o d arcus ſeminocturnos. Inter hos dies, & dies æquinoctiales, ſunt nn p, y o, arcus differentiales, qui creſcunt & decreſcunt iuxta incrementum aut decrementum arcus c b, hoc eſt eleuationis poli. Si autem gradietur Sol in ſignis Meridionalibus, & orietur ab a uerſus r: arcus ſeminocturni n f, h ii, & ſic de reliquis, maiores erunt arcubus ſemidiurnis, n i, h ff, l gg: & cum iſtorum parallelorum diſtinctio ſit diſpar, ſequitur hinc dies artificiales inuicem etiam ſub una & eadem poli eleuatione inæquales eſſe, æquinoctialibus demptis, nedum ſub diuerſis poli eleuationibus. Porrò, quidquid ſpectat ad diei artificialis eiuſq; noctis definitionem, cùm id ſit clariſsimè ab autore propoſitum, non eſt ut diu faciamus morā.

Quomodo arcus differentiales, quorum paulò ante meminimus, ſint inueſtigandi: id deinceps manifeſtare operæpretium eſſe uidetur. Sit o d g m Meridianus, o k e horizon obliquus, d e f pars coluri ſolſtitiorum, e principium Cancri, a principium Arietis, d polus ſeptentrionalis, i principium Tauri orientis. k i latitudo ortus, d i h n circulus è polo mundi per punctum oriens ductum, i h declinatio puncti dati, e f maxima Solis declinatio, k h differentia inter diem æquinoctialem ſeu rectæ ſphæræ, & diem obliquæ ſphæræ, Sole gradiente in principio Tauri. Intelligantur trianguli rectanguli ſphærici, a f e, a h i, g e k, h i k: item m n l, & l h k. item i d e, i q p, angulo d i p, æqualis eſt l i n. Eleuatio poli e d Viennæ Pan *Arcus differentiales dierum artificialium ad ſuos æquinoctiales, quomodo ſint inquirendi.*



noniæ superioris, ubi est regia splendidissima D. Ferdinandi Imp. Romanorum inuictissimi, est 48 gr. 22 m̄. maxima Solis declinatio f e, sit pro nostro tempore, 23 gr. 30 m̄. Per doctrinam triangulorum sphæricorum, est proportio a e ad e f eadem, quæ est a i ad i h. Ordinatis numeris in sinubus ut sequitur: 60. | 23.55.30 | 30.54 8 | & ritè peracta operatione, prouenient pro sinu h i 12.19.20. pro arcu uerò h i: 11 gr. 51 m̄. 3 secund. tanta est declinatio puncti propositi. Porrò quę est proportio g c ad c k: ea est proportio h i ad i k, ortiuam scilicet latitudinem. g c arcus est complementum eleuationis poli, quod est 41 gr. 38 m̄. sinus uerò eius 39 part. 51 m̄. 42 secund. quarum sinus totus c k supponitur esse 60. Sinus h i ex prædictis est 12.19.20. Ex his tribus notis, innotuit etiam sinus arcus k i: 18 part. 33 m̄. 32 secund. Arcus autem ipse, est 18 grad. 1 m̄ 0 secund. Duo anguli q i p & n i l inuicem sunt æquales, per 15 prop. primi Euclid. id est complementum quartæ b d, 71 grad. 1 m̄. 57 secund. Sinus eius est, 58. 43:16. eleuatio poli c d, est 48 grad. 22 m̄. & sinus ipse, 44.50.41. i q est sinus totus. His cognitis, prodijt per doctrinā triangulorum sphæricorum, sinus arcus q p, qui coæquatur arcui l n, 45 part. 49 m̄. 17 secund & arcus ipse, 49 grad 47 m̄. 0 secund. Insuper quę est proportio i l ad l n, ea erit proportio i k ad k h. Positis numeris ut sequitur in regulam | 6 | 45.49.17 | 18.33.32. & facta operatione debita, oblatus est sinus k h: 14.10.23. & arcus quæsitus k h, 13 grad. 39 m̄. Hoc arcu aggregato cum 9 grad. prouenit arcus semidiurnus, Sole gradiente in principio Tauri, 103 grad. 39 m̄. diurnus autem: 207 grad. 18 m̄. quibus per 15 grad. redactis in tempus, prouenient 13 hor. 49 m̄. 12 sec. Cæterùm si inuentam differentiam à 90 grad. subduxeris, residuabuntur 76 grad. 21 m̄. pro parallelo semidiurno, principij signi oppositi, Scorpionis scilicet: His duplicatis, progredietur arcus diurnus, 152 grad. 42 m̄. qui in tempore facit 10 hor. 10 m̄. 48 secund. Ex hoc exemplo peruidere potes, quàm facilè fiet componere tabulam differentiarum ascensionalium ac dierum artificialium.

Breuior modus. Si autem breuiori uolueris uti uia, capias oppositorum signorum differētiam, in Tabula obliquarum ascensionum tuæ poli eleuationis, eamq; redige in tempus per 15, huius rei cape tale exemplum. En ubi eleuatur polus 48 grad. 40 m̄. supra horizontem, ascendunt cum 10 grad. 8. de æquatore, 20 grad. 2 m̄. & cum 10 gr. Scorpionis, 135 gr. 8 m̄. Differentia harum obliquarum ascensionum est, 215 grad. 6 m̄. qui in tempore faciunt 14 hor. 20 m̄. 24 secund. quantitas nimirum diei artificialis, Sole existente in 10 gr. Tauri. Si autem uelles diei quantitatem inuestigare ad 10 grad Scorpionis, tunc cùm numerus à quo debet fieri subtractio sit minor subtrahendo, integer circulus more solito erit mutuandus. Hæc probè nosse plurimum prodest in scientia Astronomica.

Est enim Regula: Quantumcunq; breuis uel prolixa sit dies uel nox, sex signa oriuntur de die & sex de nocte: Nec propter prolixitatem, uel breuitatem diei uel noctis plura, uel pauciora signa oriuntur. Ex his colligitur quod cum hora naturalis, sit spacium temporis, in quo medietas signi perortitur, in qualibet die artificiali, similiter & nocte, sunt duodecim horæ naturales.

In omnibus autem alijs circulis, qui sunt à latere æquinoctialis, uel ex parte australi, uel septentrionali, maiorantur uel minorātur dies uel noctes, secundū quod plura uel pauciora de signis directè orientibus, uel obliquè, de die uel nocte oriuntur.

Sciendum est, aliam esse horam æquinoctialem, & aliam naturalem. Nam suprà autor inter alia proposuit, æquinoctialem circulum uniformiter ac regulariter in polis mundi moueri, hoc est, singulis horis æquinoctialibus 15 grad. ascendere supra horizontem, hinc dicuntur istæ horæ æquales: siquidem in temporibus æqualibus æquales ascendãt arcus de æquatore, regula motus uniuersi. Ex hac regula autoris manifestum est, singulis diebus artificialibus, qui nihil aliud sunt (uti ex prædictis constat) quàm mora qua Sol ab ortu ad occasum tendẽs nostrum occupat hemisphæriũ, sex signa integra oriri de die, & totidem per noctem. Ex his datur intelligi horam naturalem seu planetariam esse spacium temporis, quo dimidium signum perorítur, sicuti ab autore definitur, & cùm diem tum noctem artificialem, quantumuis & breuẽ aut longam, tantùm duodecim habere horas naturales siue planetarias aut inæquales. Ad cognoscẽdum igitur quantum unaquæq; horarum inæqualium (æqualis enim semper 15 grad. æquatoris propè complectitur) in se contineat horæ æqualis: gradus ascensionũ per 15 partire, & ueniet horæ æqualis quantitas. & si quid remanserit, adauge per 60, quod productum rursus partiaris per 15, & prouenient minuta. Si autem per 15 partitio non possit fieri, ulterius per 60 fiat auctio.

Horæ inæqualis magnitudo unde sit cognoscenda.

Et priusquam deueniatur ad exemplarem excursum, ostendendum est, quomodo horæ inæquales cuiusq; diei inueniendæ sunt. Quæras inquam gradum Solis cuiusq; diei artificialis, cum quo Sol diluculo exoritur, à quo 15 graduum sequẽtium ascensiones quæras, ad tui loci eleuationem poli, & illæ erunt primæ horæ inæquales: deinde 15 sequentium graduum ascensiones secundæ horæ, ibi foret propter motum, quo Sol primo motui contrà nititur, aliquid addendum. Quod cum sit perexiguum, adeò quod in diebus uix sit sensibile, id citra sensibilem errorem negligi potest. Esto, gratia exempli, Sol in primo gradu geminorũ: en ascensiones obliquæ primorum 15 grad. sunt 12 grad. 25 m̃ & secundorum 15 grad. eædem ascensiones sunt, ubi extollitur supra horizontẽ, 15 grad 1 m̃. Continet igitur iuxta præceptum datum, prima hora inæqualis: 49 m̃. 40 sec. æqualis altera autem, unam æqualem & 4 m̃. Hæc pro intellectu textus sufficiunt.

Horarũ inæqualium cuiuslibet diei inuentio.

Poteris etiam ex diei artificialis quantitate, inæqualis horæ inuenire tam diurnæ quàm nocturnæ, quantitatem, cùm enim inæqualis hora (ut testatur autor in proposito textu) sit duodecima pars diei uel noctis artificialis: si igitur horas & partes horarum diei uel noctis artificialis, resolueris per 15 in tempora æquinoctialia, nascetur arcus diurnus uel nocturnus in temporibus, quem si per 12 diuiseris, prodibit inæqualis horæ magnitudo. Exempli gratia, supra ad eleuat onẽ 48 gr. 22 m̃. oblatus est diei artificialis quantitas, 13 hor. 49 m̃ 12 secund. Sole gradiente in principio Tauri: quibus resolutis, erit arcus diurnus, 207 grad. 18 m̃. nocturnus autem, 151 gr. 42 m̃. Hinc erit magnitudo horæ diurnæ inæqualis: 17 gr. 16 m̃ 30 sec. nocturnæ uerò 12 gr. 43 m̃ 30 sec.


Alius modus.

Contrà si horę inæquales datæ fuerint, poteris eas sine labore in horas æquales transmutare, si operaberis per modum inuersum. En sunt propositæ 4 horæ inæquales, quas pro tempore proposito & loco Solis dato, libet in horas æquales uertere: hæ 4 horæ complectuntur 57 tempora seu gradus, & 6 m̃. His per 15 redactis, prouenient 4 hor. æquales, 28 m̃. 24 secund. Porrò si uolueris horam ortus habere, diuidas moram arcus nocturni in duas partes æquas, & altera pars ostendet tibi ortũ Solis: ut nox artificialis, gradiente Sole in principio Tauri, fuit 10 hor. 10 m̃. 48 secund. his per medium diuisis, uenerunt pro una parte, 5 hor. 5 m̃. 24 secund. Dico igitur, tum temporis Solem peruenire ad punctum ortus. hor. 5, m̃. 5, secund. 24. Ad horam occasus habendam, partiaris consimiliter arcũ diurnę morę in duas æquas partes, & habebis quod quæris. Ad signũ & tempus propositum fuit inuentus dies artificialis, 13 hor. 49. m̃, 12 secund. huius temporis

Horarũ inæqualium in æquinoctiales transmutatio.

medietas est, 6 hor. 54 m̄. 36 sec. occasus ergo Solis erit, hor. 6. m̄. 54. sec. 36.

Hactenus dupliciter, figura & exemplis demonstratum est, quomodo arcus semidiurnus, & inde diurnus, per differentias ascensionales, & etiam ipsæ differentiæ sint inueniendæ, idq; in singulis signis zodiaci, atq; polorum eleuationibus: iam porrò paucis demonstrare uidetur, quantitatem maximorum tantum dierum artificialium, ab æquali usq; ad maximum: his demonstratis, postea tabula sequetur. Regiomontanus, uir in omni genere scientiarum absolutissimus, (quem non minorem facio, quidquid alij temerè garriant, quàm ipsum Ptolemæum) docet nos propositione septima secundi libri, inuenire differentiam inter semidiurnũ æqualem, & minimum in omni regione, & ut id cõmodius fiat, addita est figura talis: in qua r p k sit meridianus, n b c m horizon, h polus eius, r polus mundi, l d n æquator, s polus zodiaci, s m d n ipse zodiacus, k polus mundi subterraneus, m e maxima declinatio Solis, m k complementũ maximæ Solis declinationis, p k depressio poli sub horizontem, p x complementum eius, c d r y colurus æquinoctiorũ, k m t colurus solstitiorum. l est punctus, ubi æquator & horizon se secãt. Et cùm punctus m fuerit ortus Capricorni: sequitur quod k m, e m, & l x, arcus maneant eiusdem quantitatis in omni regione seu eleuatione poli.



Docet etiam Regiomontanus in ea propositione, cum prædictorum trium arcuum sinus, ijdem in omni poli eleuatione maneant, sinum quendã inuenire, qui generalis appellabitur, quo mediante, reliquas differentias inuestigare datur. Nam ut mihi proponitur, ea est proportio sinus huius differentiæ generalis, ad sinum differentiæ æqualis & maximi seu breuissimi diei artificialis, quæ est proportio sinus complementi propositæ poli altitudinis, ad sinum eiusdem eleuationis poli. Ad habendum igitur differentiam generalem, elicias primò è tabula sinuum, sinum arcus m e, nempe maximæ declinationis Solis, quæ supponitur 23 grad. 38 m̄. cuius complementum, arcus k m, est 66 grad. 30 m̄. & l x quarta æquatoris, est 90 grad. Horum inquam arcuum sinus sunt, scilicet: 23 part. 55 m̄. 30 secund. | 60 part. | 55 part. 1 m̄. 43 secund. Si iam duxeris sinum totum, in sinum maximæ declinationis Solis, & numerum ex tali ductione natum, diuiseris cum sinu complementi maximę declinationis Solis: habebis sinum generalẽ 26 part. 5 m̄ 19 ferè sec. Vt habeatur deinceps differentia l e in superiori figura, inter diem artificialem maximum & minimũ, ubi

polus

polus mundi ſeptentrionalis eleuatur 46 gr. ſupra horizontem, aut tantundem deprimitur: hac uia inſtituatur operatio. Auferatur k p, hoc eſt eleuatio poli ſuppoſita, à k p x, & remanebunt 44 grad. pro arcu p x. Hoc facto, diſponantur horum arcuũ ſinus, ut ſequitur:

p x	k p	n	l e
41, 46, 46	43, 9, 37.	26, 5, 19.	0 0.


Deinde opus ſecundum regulam proportionum abſoluas, & uidebis ſinum differentiæ l e, eſſe 27 part. 1 m̃ 25 ſecund. & arcum ipſum, 26 gr. 46 m̃. quo facto, adijcias hanc differentiam ad 90 gradus, & quod inde fit duplices, & naſcetur tibi arcus diurnus, quem redigito per 15 in tempus, productum erit dies artificialis longiſſimus, pro data poli eleuatione: nempe 15 hor. 34 m̃. Si uerò differentia prædicta ſubtrahetur, & operabitur ut dictum eſt, adparebit breuiſsimus dies naturalis, 8 hor. 26 m̃ Secundum hanc uiam facta eſt tabula, quæ ſequitur mox.

Atqui priuſquam ad alia fiat tranſitus, oſtendere placet, quo modo in illis locis, in quibus polus extollitur ſupra complementum maximæ Solis declinationis, hoc eſt 66 grad. 30 m̃. continuatæ lucis ſupra diem naturalem quantitas ſit inueſtiganda. Nam cùm excesſerit eleuatio poli complementum maximæ Solis declinationis: tunc relinquetur arcus de zodiaco, qui nunquam poteſt occidere, ſicuti etiam infrà ab authore dicetur. Habiturus igitur quantitatem huius arcus in gradibus, & deinde tempus conueniens illis: auferas eleuationem poli à 90 gradibus, reſiduum mittas in Tabulam declinationum arealiter, & graduum ac graduum partes in latere, unà cum ſigno illi areæ debito, capias: hoc productum rurſus auferas à 90 gr. quod remanſerit duplicato, & habebis arcum qui non occidit: quo habito, quæras è tabulis Ephemeridum dies, qui huic arcui ſecundum uerum motum ſolis debentur. Eſto, gratia exempli, eleuatio poli data 69 grad. en libet inueſtigare continuationem lucis ſupra diem naturalem. Poſtquam facta eſt ſubtractio huius poli eleuationis à 90, reſiduati ſunt 21 grad quibus in aream Tabulæ declinationis immiſsis, in latere correſpondet eis gradus quartus geminorum. Facta numeratione à principio Arietis, prouenerunt 64 grad horum complementum ad 90, eſt 26 grad his duplicatis: progreſsi ſunt 52 gradus, qui deſinunt in uigeſimo ſexto gradu Cancri. Quare arcus ſemper apparens, ad datam poli eleuationem, erit 52 grad. & dies lucis continuatæ ſupra diem naturalem: 54 dies, 9 horæ 12 m̃. ferè anno 1560, à nato Chriſto.

Tempus continuatæ lucis ubilibet in zona frigida quomodo peruestigandum.

Sed ut hæc ampliore per aliquam figurationem egeant expoſitione, conueniens uidetur, hãc addere figuram, in qua a d g d ſit horizon obliquus, polus eius punctus c, & k i f b, meridianus circulus, ex centro a deſcriptus, e a f e æquator, cuius polus eſt punctus b, polus ſcilicet mundi, i h b d e coluri ſolſtitiorum, e f maxima Solis declinatio, b g eleuatio poli ſupra horizontem obliquum, quæ in exemplo præhabito, fuit 69 grad. qua ſublata à 90 grad. quartæ uidelicet, meridiana b g f, reliquus fuit g f, arcus 21 grad. pro declinatione puncti g, in zodiaco, y g r x n, non occidentis. Polus zodiaci eſt punctus q Porrò, arcus g r, eſt medietas totius arcus qui non occidit, nempe ipſius g r x. Hoc non ignorandum eſt tibi, quòd punctus x, quando motu primi mobilis circumducetur, in locum puncti g: quod nõ ſecus incidet in ſectionem, ubi meridianus & horizon ſe ſecant, atq; punctus g & non occidet. Poſtquam 21 grad. declinatio ſcilicet puncti g non occidentis, in Tabulam declinationum Solis, lateraliter immiſsi ſunt: obuiam fuit 4 grad. geminorum. Facta igitur numeratione à principio Arietis, totus arcus y g ſe obtulis 64 grad. quo ſubducto à 90 gr. puta quarta y g r: reſiduus arcus g r remanſit, 26 grad. Hoc duplicato, factus eſt totus arcus g r x non occidens, 52 grad. qui extendit ſe in 26 grad. Cancri uſq;. Reliqua manifeſta ſunt ex dictis ſuprà.

Atqui ſi animus tibi eſt, arcum ſemper latẽtem circum ſolſticium oppoſitum,



hoc eſt hyemale, elicere: tunc accipias pro exemplo dato (in alijs omnibus idem eſto iudicium) ſigna oppoſita, nempe Sagittarium & Capricornum, quæ Geminis, & Cancro opponuntur. Melioris itaq; intellectus gratia, ſit punctus n finis quarti gradus Sagittarij, & punctus p principium Capricorni, ac finis 26 grad. Sagittarij, & punctus s finis 26 grad. Capricorni: hinc totus arcus n p s, erit 52 gr. Licet hæc, ex peculiari figura clariùs forent, tamen ſuperiori figura rectè intellecta, & ſphęra materiali adhibita, nihil erit hic difficultatis. Ad inueſtigandum igitur tenebrarum durationem, hoc procedito modo: uideas quanto tempore Sol moueatur à quarto gradu Sagittarij, uſq; ad finem 26 gradus Capricorni. Hoc inuenies, ſi diligenter operatus fueris, 52 dierum ferè, ſiquidem Sol in toto arcu propoſito, ſingulis diebus naturalibus uero motu, per unum gradũ in zodiaco propemodum progrediatur, in conſequentia.


TABVL

TABVLA MAXIMORVM DIERVM ARTIFICIALIVM,
ab æquatore ad polum arcticum usq;, de gradu in gradum supputata.

G	H	M	S	G	H	M	S	G	G	M	D	H	M
1	12	3	28	34	14	16	24	67	22	52	24	1	40
2	12	6	56	35	14	21	52	68	40	0	42	1	16
3	12	10	24	36	14	27	20	69	52	0	54	16	25
4	12	14	0	37	14	33	4	70	61	26	64	13	46
5	12	17	28	38	14	37	36	71	70	26	74	0	0
6	12	20	56	39	14	44	56	72	78	22	82	6	39
7	12	24	48	40	14	51	12	73	84	56	89	4	58
8	12	28	0	41	14	57	44	74	92	12	96	17	0
9	12	31	36	42	15	4	24	75	96	20	104	1	4
10	12	35	12	43	15	11	20	76	105	16	110	7	27
11	12	38	48	44	15	18	40	77	111	20	116	14	22
12	12	42	24	45	15	26	8	78	117	6	122	17	6
13	12	46	8	46	15	34	8	79	122	22	127	9	55
14	12	49	44	47	15	42	24	80	128	22	134	4	58
15	12	53	28	48	15	51	4	81	133	50	139	31	36
16	12	57	20	49	16	0	8	82	139	6	145	6	43
17	13	1	4	50	16	9	44	83	144	42	151	2	6
18	13	4	36	51	16	19	52	84	149	36	156	3	3
19	13	8	56	52	16	30	32	85	154	42	161	5	23
20	13	12	48	53	16	41	52	86	159	50	166	11	23
21	13	16	48	54	16	54	8	87	164	52	171	21	47
22	13	21	4	55	17	7	4	88	169	58	176	5	29
23	13	25	4	56	17	21	4	89	174	58	181	21	58
24	13	29	20	57	17	36	16	90	180	0	187	6	39
25	13	33	35	58	17	52	48	0	0	0	0	0	0
26	13	38	0	59	18	10	48						
27	13	42	24	60	18	30	56						
28	13	46	16	61	18	53	20						
29	13	51	36	62	19	18	24						
30	13	56	16	63	19	48	40						
31	14	1	12	64	20	24	24						
32	14	6	8	65	21	10	32						
33	14	11	12	66	22	20	40						

Quàm facilè sit ad quasuis poli eleuationes, ex his præceptis quærere maximorum dierum magnitudinem, id diligenti harum disciplinarum indagatori, iudicandum relinquere uisum est. Iam deinceps de umbris, sicuti series textus expostulare uidetur, agendum foret, sed id differre uisum est, & prius de horarijs interstitijs per calculum inueniendis (quæ res perutilis est, pro horologijs componendis) agere placet, ut primi mobilis cognitio latius pateat, & hoc tam in horizontalibus quàm in uerticalibus horologijs, quo negocio prosequuto, nõ inconueniens erit etiam tractare de compositione tabularum positionum, & generalium & specialium: adhæc de conficiendis tabulis domorum, cùm secundùm Campanum & Gazulum, tum secundùm modum rationalem. Facilè equidem est, ut fatear quod res est, ex præscriptis præceptis posse componere horologia, thema cœleste erigere, circulos altitudinum, & progressionũ describere ac pingere, sed fundamentum ipsum peruidere atque cognoscere, hic labor hoc Opus. Verumenimuerò quomodo & horizon & circulus uerticalis diuidantur per circulos horarios, qui ex polis mundi seu uniuersi, per quosuis quindenos æquatoris gradus transire intelliguntur: id suprà suo loco abundè expositum esse arbitror, quare non est, ut hîc de re per se utcunq; clara, aliquid copiosiùs in medium proferatur. Primùm, ut intentũ nostrũ pateat, dicendũ esse uidetur, de interstitijs planorũ, quæ directè meridiẽ respiciunt, deinde de obliquis, quod operosius est.

Cùm itaq; uolueris cognoscere arcus horarios, hoc est intersticia ipsa, cõprahensa inter quosuis duos circulos in ipso horizonte, nempe meridianum & horarium circulum: ducas sinum complementi dati polaris altitudinis, in sinum distantiæ circuli horarij à meridiano, & productum diuidas per sinum totum, quo facto, accipias generati sinus arcum, qui dicetur primum inuentũ. Habito eiusmodi arcu, ducito sinum complemẽti distantiæ à meridiano circulo in sinum totum producti, fiatq; diuisio per sinum complementi primi inuenti, prouenientis inde sinus quæras è tabulis arcum, huius arcus complementum, dabit tibi interstitium horarium in horizonte, quod quærebas. Vt prædicta plenius intelligantur, exemplumq; proponẽdum tenacius inhæreat memoriæ, subiecta est figura, in qua a d f sit meridianus circulus, f i k a horizon, e h i æquator, d n r zodiacus, b n g circulus horarius. a b poli eleuatio, e pũctus uerticalis, e k circulus incidens in circulum horariũ ad angulos rectos, e b complementũ eleuationis poli, e h distantia circuli horarij à meridiano f g, horariũ interstitiũ quod quærendum est, b e h & b c m, sunt trianguli æquianguli, item m k g & h i g: quare latera eorum sunt proportionalia. Esto, exempli




gratia, a b eleuatio poli, Viennæ superioris Pannoniæ, ubi est aula D. Ferdinandi Romanorũ Imp. inuictissimi, 48 gr. 22 m̃. erit cõplementũ eius b c: 41 gr 38 m̃. & sinus ipse: 39.51.42. Rursus intelligatur circulus horarius b h g, distare per tres horas à meridiano, aut ad ortum aut ad occasum: hoc est, transeat aut per principiũ

nonæ

nonæ horæ, aut per finē tertiæ, siquidē istæ horę æquè distāt à meridiana, quare arcus e h, erit 45 grad. & sinus eius: 42.25.35. Quæ est proportio b e ad e h, hoc est: 60|ad 42.25.35|ea erit proportio b c, scilicet: 35.51.42|ad c m. Ex tribus notis, innotuit, etiam quartū, & est 28 part. 11 m̄. 37 sec. cuius arcus nempe c m, est 28 gr. 1 m̄. propè. Cōplementū m k, est 61 gr. 59 m̄. sinus aūt: 52 part. 58 m̄. 7 sec. & cōplementum h i est, 45 gr. quorum sinus est: 42.25.35. Quę est igitur proportio in k ad k g, ea erit proportio h i ad i g. Et ut deueniatur ad id quod uolo, disponantur numeri ut sequitur, scilicet: 52.58|60|42.25.35|& deducatur operatio secundum regulā proportionū ad finem, prodibūt pro sinu arcus i g. 48.4.4. cuius sinus arcus offertur, 53 gr. 16 m̄. ferè, huius cōplementū g f, est 36 gr. 44 m̄ tantū in quā abest Viennæ superioris Pannoniæ, arcus nonæ horę aut tertiæ, à meridiano in horologijs horizontalibus. Ad hunc modum reliquarum etiā horarū inuestigandæ sunt distantiæ, ad singulas eleuationes poli, non excedentes complementum maximæ Solis declinationis & tabulæ componendæ.


Superest nunc, ut etiā ostendamus modū inuestigādi horarias distātias in circulo uerticali, & id ad faciliorē rationē cōponendi horologia uerticalia seu muralia, & hoc præcipuè in muris illis, qui directè respiciūt meridiē, de obliquis agemus deinceps. Et ne prolixius de hac instituatur disputatio, rem figura aptissima ad hoc illustrare uisum est. Esto a m s d meridianus circulus, a t k s circulus horarius, m h b horizon, q h g d circulus uerticalis, repræsentās planū horologij muralis, p h e æquator, p t c zodiacus, m k g f circulus procedēs è sectione meridionali, horizōtis & meridiani, secās in puncto g uerticalem circulū ad angulos rectos, a polus septentrionalis, s oppositus polus subterraneus, q punctus uerticalis seu polus horizōtis, z o arcus distantiæ circuli horarij à meridiano circulo, q r est horaria distātia in murali horologio, quę quęrenda est, s m polaris depressio sub horizontem, est æqualis, a b polari eleuationi supra horizontem. En inuestigaturus q r arcū: ducas s m in z o, & productum diuidas cum s z, hoc est: ducas eleuationis polaris sinū, in sinū distātię horarij circuli z o, & quod inde excrescet, diuidas cū sinu toto s z, productū dabit sinū arcus m k. Arcū ipsum cognosces è tabulis, & id propterea, quòd trianguli s z o, s m k, sint rectanguli: quare per decimāquintā sexti Euclid. aut decimamquartā quinti Euclid. latera sunt proportionalia. Hunc arcū postmodū auferas à tota quarta circuli m k g, & remanebit cōplementū k g. Quo facto, auferatur etiā z o, distātia à meridiano: cōplementū o h residuabitur. Intelligātur deinde duo trianguli rectanguli, k r g & o r h. Erūt igit latera æquos angulos respiciētia pportionalia, p dictas prop. sexti & quinti Euclidis, nempe. quæ est pportio sinus k g ad sinū totū gr. ea erit pportio sinus o h, ad sinū h r. Eleuatio poli, ut antea s m, supponit, 48 gr. 22 m̄. sinus autē: 44 50.41. Distantia horarij circuli à Meridiano, sit 60 gr erit sinus eius: 51.57.41. Secundū præceptū præmissum, offertur m k sinus, 38 par 50 m̄. 42 sec. qualium sinus totus est 60. & arcus ipse, 40 gr. 10 m̄. qualium duo recti sunt 180. Hinc complemētum k g, est eorundem 49.40. ac




sinus ipsius: 45.44 m̄. 15 sec. & complementum o h, 30 gr. sinus autem ∴ 30.0.0. Ex tribus notis, scilicet k g, g r, o h, innotuit etiam quartum h r, qui sinus est: 39.21.31. arcusq; eius 40 gr. 59 m̄. Hoc arcu subducto à 90 gr. remansit arcus r q, 49 gr. 1 m̄. Tanta est distantia horæ octauę antemeridianę, aut quartæ pomeridianæ, à meridiano Viennensi, ubi fuit regia D. Ferdinandi Imp. Rom. potentissimi.

Horaria à Meridiano interstitia, in muris obliquè Meridiē spectātibus, quomodo supputanda sint.

Hactenus pro negotij tenore, à nobis expositum est, quo modo horaria interstitia à meridiano, tam in horizonte quàm in circulo uerticali, qui directè respicit meridiem, in noticiam ueniant: nunc deinceps restat, ut etiā ostēndamus modum perquirendi in obliquis planis seu muris uel ad ortum uel ad occasum, perpendiculariter erectis ad horizōtem, quod negocium multò est operosius præcedente. Pauci equidem sunt muri ædificiorum, qui præcisè meridianā plagam respiciunt, qui nō sunt, nisi ex industria quadam artificum prudentiorum ita erigantur, ad uerum ortum & occasum, ut etiam directè meridiano recto obuersentur. De rectificandis eiusmodi muris, nihil hîc dicere uisum est, & hoc eam ob rem, quod pręceptor meus Sebastianus Munsterus, semper mihi in memoria habendus, dum spiritus hos regit artus, de hac re in libro suo de componendis horologijs, copiosissimè hoc de negocio docuerit. Arbitrabor equidém me nō nihil fecisse, si ostendero rationem, qua pro hoc Opere tabulæ sint conficiendæ: quod exemplis aliquot utilius fiet, quàm multis uerborum ambagibus. En datur murus, qui obliquatur ad ortū 44 gr. ubi extollitur polus Aquilonaris supra horizontem, 48 gr. Ad hanc obliquationem, petit quis scire distantiam circuli horarij ad horam octauam antemeridianam, & primam pomeridianam. Vt res clarior fiet & facilior perceptu, sit in præmissa figura e t k o, pro prima parte æquator, q g u m horizon, e b p o Meridianus, n c b r circulus horarius, k a g uerticalis, n c h f circulus horariū circulum ad angulos rectos secans, x f r q incidēs in uerticalem & horarium circulos, in medietate occidētali, ad angulos rectos, a est punctus uerticalis seu polus horizontis, b polus mundi, e s distantia horarij circuli à Meridiano, quæ est 60 grad. hoc est, quatuor horarum æqualium, huius sinus est: 51.57.41. p b est altitudo poli, scilicet 48, & sinus eius: 44.35.19. Insuper b a est 42, & sinus ipse: 40.8.52. a d est arcus qui quęritur, punctus t est signum ueri ortus, ab hoc ortu obliquat planum murale k l a g ad ortum, 44 gr. pro nostro exemplo, & hoc secundum arcum t l. Primùm omnium quæratur, arcus a c. Intelligantur nunc trianguli sphærici rectanguli b a c & b e s, in quibus est ea proportio b e ad e s, quæ est ipsius b a ad a c. Ex tribus notis, quippe b e, e a, & b a, quarti, scilicet a c sinus innotuit, qui est: 33.46.9. arcus autem eius, 35 gr.




35 grad. 24 m̃. ferè. Hinc complementū e m, oblatum est: 54. 36. 0. Huius, inquam, sinum dederunt tabulæ, 48 part. 54 m̃, 27 secund. & sinum eleuationis poli: 44. 35. 19. Rursus quæ est proportio m c, scilicet: 48. 53. 51 | ad c y, nempe 60: ea erit proportio p b, puta: 44. 35. 19 | ad b y. Tria sunt ut apparet nota ex his tribus nō ignorari potuit quartum, ut est b y, quod oblatū est: 54. 42. 5. quoad sinum, sed quoad arcum, 65 grad. 44 m̃. Vnde arcus c b, erit 24 grad. 16 m̃. & sinus: 24. 39. 32. Deinde ex nota proportione a b, nempe: 40. 8 52 | ad b c, ut 24. 39. 32. | & a p, | 60 scilicet ad p m, siquidem trianguli a b c, & a p m, sunt rectanguli: innotuit p m: 36. | 51. 8. & arcus ipse, 37 grad. 53 m̃ 0 secund. Residuum ad 90, sicut est t m arcus horizontis, offertur 52 grad. 7 m̃. arcus t l, hoc est reflectio seu inclinatio ad ortum, supponitur 44 grad. l a m angulus, erit 8 grad. 7 m̃. ac eius sinus. 8 part. 28 m̃. 17 secund. Per 15 prop. primi Euclidis, f a g coæquatur angulo l a m, c a h & a h f, sunt quartæ suorum circulorum. Quæ est insuper proportio a f ad f g, ea est a h ad h i. Sinus a h ex prædictis, est 48 part. 54 m̃. 27 secund. & a f sinus totus 60, f g autem 8 partium 28 m̃. 17 secund. Post debitam operationem, sinus h i oblatus est: 6. 54. 18. & arcus ipse, 6 grad. 36 m̃ Hinc complementum i t, erit 83 grad. 24 m̃. 0 secund. & sinus huius: 59. 16. 8. Rursus ex nota proportione t i ad i d, & c a ad a d, prodijt sinus arcus s d: 35. 0. 8 arcus autem eius inuentus est è tabulis sinuum, 35 grad & 48 m̃. ferè, arcus nimirum horæ octauæ antemeridianæ, quo distat eius horæ circulus horarius, ad prædictam inclinationem muri ad ortum, ubi polus extollitur supra horizontem 42 grad.



Hic non ignorandū est, quod quando obliquatio muri excesserit arcum t m, aliam debere institui operationem, ut prædictæ horæ distantia à meridie inueniatur. Ad maiorem huius rei elucidationem, uisum est addere figuram. Esto rursus i a p t horizon obliquus, c h z k Meridianus, z l d a circulus horarius, i k p h æquator, y f c r uerticalis circulus, repræsentans planum muri perpendiculariter erecti ad horizontem, qui declinat ortum uersus à meridiano, o d t circulus incidat in q d b a circulum ad angulos rectos, p o n sit arcus inclinationis muri à uero ortu ad plagā prædictam, qui in præmissa operatione minor erat arcu p o, circulus n s o intelligatur incidere in n s t a d angulos rectos. Ex prædictis, o e est similis ipsi m p; & p o ipsi t m. Sed p n (gratia exempli) sit 58. subtracto arcu p o ab arcu p n, hoc est 52 gr. 7 m̃. ab 58 gr.


58 gr. arcus o m erit 5 grad. 53 m. huic arcui coæquatur per 15 propositionē primi Euclid. arcus t r. Quæ est igitur proportio c r ad r r: ea erit proportio c n ad n s. Sinus arcuum d e c m, sunt (uti supra) c a & a h. Sinus autem arcus o n aut t r, est 6, 9. 0. quorum sinus totus præsupponitur 60. Hinc n s sinus, est 4, 56. 9. & arcus ipse, 4 grad. 43 m. 0 sec. residuum ad 90, relinquitur 85 gr. 17 m. 0 sec. uti est arcus g s. Ex nota proportione g s ad s f: ac d c ad c f, prodijt eius sinus: 34. 13. 0. & arcus eius, 35 gr. 33 m. 0. pro loco dato. Hactenus de hoc proposito. Cæterùm cùm in obliquato muro, octauæ horæ distantia à meridiano nō sit ea quæ est horæ quartæ, neq; nonę sicut tertiæ, & sic de reliquis distantijs horarijs à meridiano in muro obliquato, cùm ad ortum tum ad occasum: nunc igitur, priusquam animus ad alia deflectatur, paucis ostendere libet, quo modo tales horarij arcus in notitiam discentium uenire possint. Sit igitur h b s e meridianus, p n c m horizontalis circulus, k e q planum obliquum seu circulus uerticalis, l b p circulus horarius, u s k æquator, a o n circulus incidens in horarium circulum ad angulos rectos: o g e & o g f item g e, f b t, d o n, h e r sunt quartæ suorum circulorum: b sit polus mundi septentrionalis, a polus horizontis seu punctus uerticalis. Sit pro gratia exempli, s t arcus 30 grad. hoc est, distet occasum uersus à meridie, duabus horis: pro hoc tempore cupio scire arcum d t, in plano perpendiculariter erecto ad horizontem, ubi murus seu planum aliquod obliquatur, 44 gr. ad ortum ab ortu uero. Proportio b s ad s r, item b d ad d a, est nota in numeris, nam b s est 60 partium b d: 40 8. 52. quia complementum eleuationis poli, est 42, item s r, 30. 0. 0. cuius arcus est 30 gr. Quare d a sinus inuentus, est 20. 4. 26. & arcus eius, 19 gr. 32 m. 0 sec. Huius cōplemētū 70 gr. 28 m. est, & sinus seu subtēsa: 56. 31. 48. cōplementū autem arcus s r, qui est 30 gr. est 60 gr quorū quatuor recti sunt 360. Huius inquam complemēti sinus, nempe arcus d o, offertur ex Tabulis sinuum: 51. 57. 41. Rursus ex nota proportione d o ad o s. & quarta circuli hoc est diametro d n, per regulam proportionum subtensa arcus n q q, prodijt nota, puta: 55 8. 13. & arcus ipse, 66 gr. 46 m. 0 sec. Residuum ad quartā circuli est, 23 grad. 14 m. 0 sec. m x arcus, est ex præsupposita inclinatione plani k d t q, 44 gr. Quare totus arcus n m x, erit 67 grad. 14 m. 0 sec. ac chordā eius: 55. 19. 31. Deinceps quæ est proportio sinus totius d n ad n x sinum, ea erit proportio sinus d o ad o g. Ex tribus notis, ut uisum est, innotuit etiā quartū, nempe sinus o g, qui est: 52. 4. 6. & arcus illius 60 grad. 17 m. 0 sec. eius residuum ad quartā circuli sicut est g f, erit 29 grad. 43 m. sinus autē: 29. 49. 6. Hinc quæ est proportio f g ad g t, hoc est: 29. 49. 6 | ad 60, | ea erit proportio ad, scilicet



licet

licet: 10.4.16. ad d t. Ex tribus notis post rectam operationem, non latuit quartū, puta d t sinus, qui est inuentus 40 part. 23 m̄ 32 sec. quarum partium arcus oblatus est ex tabulis, 42 gr. 19 m̄. 0 sec. Contrariorum idem est intellectus. Ex his, adhibita sphæra materiali nobilissimo instrumento, non erit difficilè horarij negotij componere tabulas.


Atqui negotium huius propositi nostri, priusquam ad alia transeamus, postulare uidetur, ut etiam doceatur modus inueniendi declinationem lineæ styli ab hora duodecima, hæc linea cùm necessariò secet lineam contingentiæ, facilis est inuentu declinatio lineæ styli ab hora duodecima. Esto docendi gratia, b c p i meridianus circulus, d q i n horizon, h c d uerticalis circulus, repræsentans murum obliquatum ad ortum à meridiano, in hoc intelligatur planum a g n p, ad angulos rectos, de alijs idem erit iudicium c est punctus uerticalis, b polus mundi, i b eleuatio poli b c eius complementum, k h arcus obliquationis à uero ortu, q m k æquator, m h e zodiacus. Et cum ut præsupponitur, h c d à circulo a g n p, secetur orthogonaliter: erit e g declinatio lineæ styli ab hora duodecima, quæ quærenda proponitur, & cùm facilè inueniatur, nō opus est multis. Esto k h, obliquatio muri à meridiano ortum uersus, ubi eleuatur polus septentrionalis 48 gr. 44 m̄. erit complementum h i, 46 gr. & sinus: 43.9.37. Sinus porrò complementi eleuationis poli c b est: 40 8.52. c b i est sinus totus 60 partium. Ex his sinubus cognitis, cùm ea sit proportio lateris c b i ad latus i h, hoc est 60 ad 43.9.37. quæ est ipsius c b, nempe: 40.8.52. ad g b, offeretur post iustam operationem sinus g b: 28.51.0. quorum sinus totus præsupponitur 60. & arcus eius, 28 gr. 46 m̄. 0 sec. huius complementum b a, est 61 grad. 14 m̄. 0 secund. sinus ipse 52 part. 35 m̄. 43 secund. sinus eleuationis poli b i, est 44 partium, 35 m̄. 19 secund. Dico rursus,



propor-


proportionem a b ad b i eandem esse, quæ est a g ad g b. Dispositis numeris ut sequitur: 52.35.43 | 44.35 19 | 60. en post operationem debitam prouenit sinus arcus g h, 50 part. 5 m. arcus uerò 57 gr. 58 m. hinc facta subtractione à 90 gr. remansit arcus qui quærebatur 32 gr. 2 m.

Cęterum ut plenè satisfaciamus uoto discentium, uisum est antequam ad alia transeamus, etiam quædam proponere de planis, quæ quamuis secent Meridianum ad angulos rectos, tamen inclinata sint ad horizontem. Huius farinæ sunt domorum tecta, talia inquam plana non secantur, ob talem inclinationem ad angulos rectos ab axe mundi, neq; directè in axem commemoratum extenduntur. Horum quædam inclinantur ad horizontem septentrionalem à puncto uerticali, quædam ab eodem puncto ad meridionalem horizōtem. Et ut res euidentior euadat, inclinationes prædictas figura ostēdemus, deinde numeris idem clarius reddetur. Sit igitur f m p b Meridianus circulus, a r b horizon loci dati, ubi eleuatur polus Septentrionalis 48 gr. f punctus uerticalis eius loci, r centrum mundi, d r l axis mundi, h r o planum ęquatoris. De planis illis quæ in æquatoris planum extenduntur, nihil habemus dicere, d polus borealis. Sint nunc duo plana m e k e ad horizontem septentrionalē a b inclinata, horum alterum ut est, k c, habeat minorem eleuationē ab horizonte a r b, quam axis mundi d r k alterum uerò, puta e r m, maiorem. Quomodo altitudo talium planorū sit addiscēda, alibi dabitur ad cognoscendum.



Plana porrò inclinata ad horizontem meridionalem, sint g r n, altius plano æquatoris, i r p autem depressius plano prędicto. Nunc porrò maioris euidentiæ causa, exemplum proponemus, quo intellecto, reliquorum planorum multifariæ differentiæ sine multa difficultate obuiæ erunt. Esto e d eleuatio plani obliqui, supra polum borealem, 38 gr. huius plani arcus horarios scire cupio. Et quo id commodius fiat, aliam figuram calculo conuenientem necessitas postulare uidetur, siquidem ex præmissa, cùm angulorum arcus quos exactior intellectus requirit, haberi nō possunt. Sit igitur a f q s Meridianus, c z x horizon, t b c q æquator, b f l horarius circulus, g punctus uerticalis, f polus septentrionalis, c sectio qua dirimitur æquator cum horizonte ad angulos obliq[illegible], o f eleuatio poli septentrionalis ab horizonte, arcus g h, sit arcus, quo declinat planū c h k m uersus septentrionē à pūcto uerticali g. Porrò intelligat circulus, c m, z u, secans Meridionalem circulum ad angulos rectos, non secus ac horizontalis circulus loci dati, cuius polus sit punctus h, deinde q b, o g, h p, i k l, f a, c h, h n, sint suorum circulorum quartæ, g h arcus inclinatio scilicet plani, c h k, gratia exempli, sit 4 gr. erit b f 38 gr. & sinus eius: 36.56.23. complementum f q, est 52 gr. cuius sinus est: 47.16.50. Distantia circuli horarij à meridiano, sit 60 gr. uti est arcus in æquatore a b. Sinus dictæ distantiæ est: 51.57.41. Arcus horarius h e, est arcus in hoc exemplo, qui quærendus est, pro hora octaua antemeridiana, aut quarta pomeridiana, ad prædictam poli eleuationem, scilicet 48 grad. Proportio f a ad a b eadem est, quæ proportio f h ad h d. Per doctrinam triangulorum sphæricorum. & regulam proportionū, inuentus est sinus h d, 51 part. 59 m. 26 sec. arcus uerò, 32 gr. 13 m. Erit igitur d n cōplementum, 57 gr. 47 m. & sinus eorum: 50.45.14.

Rursus




Rurſus ſinus n d ad d k, item q f ad f r, inuicem ſunt proportionales: ex tali proportionalitate f r ſinus inuentus eſt: 55. part. 53 m̄. & arcus prædictarum partium 68 gr. 38 m̄. nempe f r. Quare complementum r d, quemadmodum eſt f d arcus, erit 21 gr. 22 m̄. & ſinus horum graduum ac minutarū è tabulis offertur: 21 part. 52 m̄. 36 ſec. Porrò ut perueniamus ad intentum noſtrum, intelligantur duo trianguli h f d & h q n. Per doctrinam triangulorum ſphæricorum, ſinus h f ad f d, item h q ad q n, ſunt proportionales: innoteſcet igitur facilè ſinus q n, qui eſt 35. 30. 0. huius arcus erit 36 gr. 16 m̄. hinc complementum c n, eſt 53 gr. 44. m̄. ſinus autem: 48. 22. 38. Per decimam quintam primi Euclidis, coæquatur arcus p m, ob æqualitatem angulorum c h n & p h m arcui n c. Sinus h i, æqualis eſt ipſi d n, angulus h k i eſt rectus. Cum proportio h p ad p m ſit nota, non latebit proportio h i ad i k. Mediantibus ſinubus arcuum h p, p m, h i, ſinus inquam i k inuentus eſt, 40 part. 55 m̄. 4 ſec. ſed arcus eius 42 gr. 59 m̄. & complementum k l, 47 gr. 1 m̄. huius complementi ſinus oblatus eſt è tabulis, 43 part. 53 m̄. 35 ſec. Et ex quo anguli k e l & d h e, ſunt rectanguli: erunt latera l k, k e, & d h, h e, proportionalia. Diſponantur igitur ut ſequitur numeri: 43. 53. 35 | 60 | 31. 59. 26 | en poſt operationem ritè inſtitutam, prodijt ſinus h e: 43. 43. 50. arcus autem eius, 46 grad. 47 m̄. 0 ſecund. qui quærebatur. Tantus eſt arcus horæ octauæ antemeridianæ, aut

quartæ pomeridianæ, ubi planum aliquod secat Meridianũ ad angulos rectos, & deflectit à puncto uerticali polum uersus 4 gr. Adhuc plura adderem exempla, ni scirem me hoc negotium pro hoc loco, ea facilitate ac diligentia discentibus numeris & figuris, ad hanc rem aptissimis, proposuisse, quod amplius aut parum aut nihil desyderetur ad reliqua assequenda.


Atqui ne quid prætercam, duxi me commodè facturum, si etiam hic aliquid in medium proferam de circulis almicantarath & azimuth, hoc est circulis uerticalibus & progressionum, quorum usus (ut aliorum) per magnus est, quemadmodum supra suo loco etiam meminimus. Ex quo numeris quæque clariora redduntur, iam porrò uisum est proponere exempla, & hoc de casibus diuersis: primò de altitudine Solis ab horizonte, uel alterius cuiusuis astri, ac deinde cognita altitudine astri, qua ratione distantia eius à meridie in cognitionẽ ueniat. Alia est ratio inuestigandi circulum progressionis, seu Solis altitudinem supra horizontem, quando aberit à meridiano præcisè 90 gr. seu sex horis: talia si distantia aliqua excesserit prædictam distantiam, item alia quando ea minor reperietur.

Inuestigatio altitudinis Solis, in circulis Almicantarath.

Esto melioris intellectus gratia in figura subiecta h a g i meridianus, h f g k horizon, b c d azimuth seu circulus uerticalis, s c r almicantarath, transiens per corpus solare, existens in c puncto, h f g est medietas horizontis orientalis, e f m æquator, i f a latitudinis circulus, f c declinatio loci dati, a g eleuatio poli, p c q circulus parallelus æquatori, p c distantia Solis à Meridiano præcisè 90 gr. d c eleuatio Solis ab horizonte quærenda. Distet uerbi gratia, Sol à principio Arietis 56 gr. hoc est: intelligatur esse in 26 gr. Tauri. Huius gradus declinatio f c, erit 19 grad. 15 m̃ 4 secund. & sinus seu subtensa: 19. 49. 51. Sinus autem poli eleuationis, 48 grad. 16 m̃. qualis Viennæ superioris Pãnoniæ, ubi regia D. Ferdinandi Romanorum Imp. potentissimi, creditur à sanioribus syderum inspectoribus esse, è tabulis offertur: 44 part 42 m̃. 19 secund. Per doctrinam igitur triangulorum sphæricorum & regulam proportionum, sinus d c, seu almicantarath s c r, inuentus est: 14. 22. 32. & arcus eius, 13 gr. 51 m̃ quem scire animus erat.



Sit porrò distantia Solis à meridie maior quadrante, quemadmodum est arcus æquatoris n m k: cupio scire quantitatem g h arcus, qui repræsentat altitudinẽ Solis supra horizontem, quando gradietur, in 16 grad. geminorum, p o n a esto æquator n o r meridianus, q m h x horizon obliquus, r g s almicantarath seu altitudinis circulus & loci Solis, & temporis proponendi, k f a declinationis circulus, e h l azimuth seu uerticalis circulus, f polus mundi, e polus horizontis loci dati. k g declinatio Solis, n a arcus complementi distantiæ à meridie, qui coæqualis est arcui m k. Arcus e c x p incidat in circulum declinationis ad angulos rectos.



37	34	36	36	4	37	36	39	13	40	55	42	44	44	39
38	36	4	37	37	39	15	40	58	42	47	44	42	46	46
39	37	36	39	15	40	59	42	48	44	45	46	49	49	2
40	39	13	40	58	42	48	44	45	46	50	49	4	51	29
41	40	45	42	47	44	45	46	50	49	5	51	31	54	10
42	42	44	44	42	46	49	49	4	51	29	54	10	57	6
43	44	39	46	46	49	2	51	29	54	10	57	6	60	25
44	46	42	48	59	41	27	54	8	57	5	60	24	64	14
45	48	54	51	23	54	4	57	3	60	23	64	13	68	50
46	51	17	54	0	56	59	60	20	64	11	68	48	74	56
47	53	55	56	55	69	16	49	8	68	47	74	55	90	0
48	56	49	60	12	64	4	68	44	74	54	90	0		
49	60	6	64	0	68	41	74	51	90	0				
50	63	54	68	37	74	49	90	0						
51	68	32	74	45	90	0								
52	74	42	90	0										
53	90	0												

RESI-

RESIDVVM TABVLAE.

Latitudo		46		45		44		43		42		41		40	
	G	gr.	m̃	gr.	m̃	gr.	m̃	gr.	m̃	gr.	m̃	gr.	m̃	gr.	m̃
	1	0	58	1	0	1	2	1	4	1	7	1	9	1	12
	2	1	56	2	0	1	4	2	9	2	13	2	18	2	23
	3	2	54	3	0	3	7	3	13	3	20	3	27	3	35
	4	3	52	4	1	4	9	4	18	4	27	4	37	4	47
Ele-	5	4	51	5	1	5	12	5	23	5	35	5	47	5	59
ua-	6	5	50	6	2	6	15	6	28	6	42	6	57	7	12
tio	7	6	49	7	3	7	18	7	34	7	50	8	7	8	25
po-	8	7	48	8	5	8	22	8	40	8	59	9	18	9	38
li	9	8	48	9	7	9	26	9	47	10	8	10	30	10	53
sua	10	9	48	10	9	10	31	10	54	11	18	11	42	12	8
pra	11	10	49	11	13	11	37	12	2	12	28	12	55	13	24
cir-	12	11	51	12	16	12	43	13	11	13	39	14	9	14	40
cu-	13	12	53	13	21	13	50	14	20	14	51	15	24	15	58
lum	14	13	56	14	26	14	58	15	30	16	5	16	40	17	17
po-	15	15	0	15	32	16	6	16	42	17	19	17	57	18	37
si.	16	16	5	16	40	17	16	67	54	18	34	19	16	19	59
tio-	17	17	10	17	48	18	27	19	8	19	51	20	35	21	22
nis	18	18	17	18	58	19	40	20	23	21	9	21	57	22	47
	19	19	25	20	8	20	53	21	40	22	29	23	20	24	14
	20	20	35	21	21	22	8	22	58	23	51	24	45	25	42
	21	21	46	22	34	23	25	24	19	25	14	26	12	27	13
	22	22	58	23	50	24	44	25	40	26	40	27	42	28	47
	23	24	12	25	7	26	5	27	5	28	8	29	14	30	23
	24	25	28	26	26	27	27	28	31	29	38	30	48	32	3
	25	26	46	27	48	28	52	30	0	31	11	32	26	33	46
	26	28	6	29	11	30	20	31	32	32	48	34	8	35	32
	27	29	29	30	38	31	51	33	7	34	28	35	53	37	23
	28	30	54	32	7	33	24	34	46	36	12	37	43	39	19
	29	32	22	33	40	35	2	36	28	38	0	39	47	41	21
	30	33	53	35	16	36	43	38	15	39	53	41	47	43	29

POSI-

POSITIONVM GENERALIS.

Regionis

	46		45		44		43		42		41		40	
G	gr.	m̄	gr.	m̄	gr.	m̄	gr.	m̄	gr.	m̄	gr.	m̄	gr.	m̄
31	37	28	36	56	38	29	40	7	41	52	43	44	45	44
32	37	7	38	40	40	19	42	4	43	57	45	57	48	8
33	39	50	40	30	42	15	44	8	46	2	48	20	50	43
34	40	39	42	25	44	18	46	20	48	31	50	53	53	30
35	42	33	44	27	46	29	48	40	51	3	53	40	56	34
36	44	33	46	36	48	48	51	11	53	48	56	42	59	59
37	46	42	48	54	51	17	53	55	56	49	60	6	63	54
38	48	59	51	23	54	0	56	55	60	12	64	0	68	37
39	51	27	54	4	56	59	60	16	64	4	68	41	74	49
40	54	8	57	3	60	20	64	8	68	44	74	51	90	0
41	57	5	60	23	64	11	68	47	74	54	90	0		
42	60	24	64	13	68	49	74	55	90	0				
43	64	14	68	50	74	26	90	0						
44	68	51	74	57	90	0								
45	74	57	90	0										
46	90	0												

RESV

RESIDVVM TABVLAE.

Latitudo		39		38		37		36		35	
	G	gr.	m̃	gr.	m̃	gr.	m̃	gr.	m̃	gr.	m̃
	1	1	14	1	17	1	20	1	23	1	26
	2	2	28	2	34	2	39	2	45	2	51
	3	3	43	3	51	3	59	4	8	4	17
	4	4	57	5	8	5	19	5	31	5	44
Ele-	5	6	12	6	26	6	40	6	55	7	11
ua	6	7	27	7	44	8	1	8	19	8	38
tio	7	8	43	9	2	9	23	9	44	10	6
po-	8	10	0	10	22	10	45	11	9	11	25
li	9	11	17	11	42	12	8	12	35	13	4
ſu-	10	12	35	13	3	13	32	14	3	14	35
pra	11	13	53	14	24	14	57	15	31	16	7
cir-	12	15	13	15	47	16	23	17	1	17	40
cu-	13	16	34	17	11	17	50	18	32	19	15
lum	14	17	56	18	37	19	19	20	4	20	52
po-	15	19	19	20	3	20	50	21	38	22	30
ſi-	16	20	44	21	32	22	22	23	15	24	10
tio-	17	22	11	23	2	23	56	24	53	25	53
nis	18	23	39	24	33	25	33	26	34	27	39
	19	25	10	26	9	27	11	28	17	29	27
	20	36	43	27	46	28	53	30	4	31	19
	21	28	18	29	26	30	37	31	54	33	15
	22	29	56	31	8	32	25	33	47	35	14
	23	31	37	32	55	34	17	35	45	37	19
	24	33	21	34	44	36	13	37	48	39	29
	25	35	10	36	39	38	14	39	56	41	45
	26	37	2	38	38	40	20	42	10	44	0
	27	38	0	40	42	42	33	44	32	46	41
	28	41	2	42	53	44	53	47	2	49	24
	29	43	12	45	12	47	21	49	44	52	20
	30	45	29	47	39	50	1	52	37	55	32

POSI-

POSITIONVM GENERALIS. *Tabella radiorũ*

	39		38		37		36		35		Regionis			
G	gr.	m̃	gr.	m̃	gr.	m̃	gr.	m̃	gr.	m̃			gr.	m̃
31	47	54	50	16	52	53	55	48	59	6		1	60	0
32	50	30	53	7	56	1	59	19	63	10		2	59	59
33	53	19	56	13	59	31	63	22	68	2	La-	3	59	57
34	56	24	59	42	63	31	68	11	74	26	ti-	4	59	55
35	59	51	63	40	68	19	74	32	90	0	tu-	5	59	52
36	63	48	68	25	74	37	90	0			do	6	59	49
37	68	32	74	41	90	0						7	59	45
38	74	45	90	0								8	59	40
39	90	0										9	59	35

DE IIS QVAE ACCIDVNT HAbentibus *Spheram rectam.*

Notandum autem, quod illis, quorum zenith eſt in æquinoctiali circulo, Sol bis in anno tranſit per zenith capitis eorum, ſcilicet quando eſt in principio Arietis, & in principio Libræ, & tunc ſunt illis duo alta ſolſtitia, quoniam Sol directè tranſit ſupra capita eorum. Sunt iterum illis duo ima ſolſtitia, quando Sol eſt in primis punctis Cancri & Capricorni, & dicuntur ima, quia tunc Sol maximè remouetur à zenith capitis eorum. Vnde ex prædictis patet, cum ſemper habeant æquinoctiũ, in anno quatuor habebũt ſolſtitia, duo alta, & duo ima.

Patet etiam quod duas habent æſtates, Sole ſcilicet exiſtente in alterutro punctorum æquinoctialium, uel prope. Duas etiam habent hyemes, ſcilicet, Sole exiſtẽte in primis punctis Cancri & Capricorni, uel prope. Et hoc eſt quod dicit Alfraganus, quòd æſtas & hyems, ſcilicet noſtræ, ſunt illis unius & eiuſdem complexionis, quoniam duo tempora, quæ ſunt nobis æſtas & hyems, ſunt illis duæ hyemes: Vnde ex illis uerſibus Lucani patet oppoſitio.

Deprenſum eſt hunc eſſe locum, quo circulus alti
Solſtitij, medium ſignorum percutit orbem.

Ibi enim appellat Lucanus circulum alti ſolſtitij æquinoctialem, in quo contingunt duo alta ſolſtitia ſub æquinoctiali exiſtentibus. Orbem ſignorum appellat zodiacum, quem medium, id eſt, mediatum, hoc eſt, diuiſum in duo media, æquinoctialis percutit, id eſt, diuidit.

Illis etiam in anno contingit habere quatuor umbras. Cum enim Sol eſt in alterutro punctorũ æquinoctialiũ, tunc manè iacitur umbræ

eorum

eorum uersus occidentem, uespere uerò conuerso. In meridie uerò est il lis umbra perpendicularis, cum Sol sit supra caput eorum. Cum autem est Sol in signis septentrionalibus, tunc iacitur umbra eorum uersus au strum: Quando est in australibus, tunc iacitur uersus septentrionem.

Illis autem oriuntur & occidunt stellæ, quæ sunt iuxta polos, sicut & quibusdam alijs habitantibus circa æquinoctialem. Vnde Lucanus sic inquit:

Tunc furor extremos mouit Romanus Horestas,
Carmenosq; duces, quorum iam flexus in austrum
Aether, non totam, mergi tamen aspicit Arcton.
Lucet & exigua uelox ibi nocte Bootes.

Ergo mergitur & parum lucet: Item Ouidius de eadem stella:

Tingitur Oceano custos Erimanthidos ursæ.
Aequoreasq; suo sydere turbat aquas.

In situ autem nostro nunquã occidunt illæ stellæ. Vnde Virgilius:

Hic uertex nobis semper sublimis, at illum
Sub pedibus Styx atra uidet, manesq; profundi.

Et Lucanus:

Axis inocciduus gemina clarissimus arcto.

Item Virgilius in Georg. sic inquit:

Arctos Oceani metuentes æquore tingi.

Suprà (sicuti satis plenè expositum esse arbitror eo in loco) reddidit causam diuersitatis dierum & noctium, idq; quo ad eorum cùm decrementum tum augmentum, generaliter: sed hoc in textu magis particulariter omnia expositurus atq; declaraturus est, per septem habitationum modos. Et primum sex proprietates habitationum sub æquatore, qui habẽt sphæram rectam exponet: deinde de reliquis sex modis habitationum aget ordine quo decet. Prima proprietas eorũ qui habẽt suas habitationes sub æquatore est, quod cùm æquator suo motu nunquam separetur à uertice eorum, sequitur quod quandocunq; Sol fuerit in principio Arietis uel Libræ, transiturus sit per uerticem eorum, quando peruenerit ad meridiem. Nihil te moueat quod Sol non semper sit sub æquatore fixo, ut ita loquar, eo existente in principio aut Libræ primi mobilis, siquidem autor non nisi de illis, per quorum zenith transeat Sol, loquatur, qui uerò illi sint, non præcisè ab eo determinatum est, & id non temerè. Quantum errorem octauæ sphæræ in hac re reuisio causare possit, iudicent quibus scrupulosiora quæquæ curæ sunt. Altera proprietas prædictæ confinis est, nam dum illis qui habitant sub æquatore, bis, incompleta per signiferum reuolutione, Sol est in puncto uerticali, & consequenter in anno bis illis cõtingent duo alta solstitia, quia tum temporis in situ eorum maximè Sol eleuabitur supra horizontem, nempe eo existente in meridie, 90 gr. Consimiliter, dum ex sphæra materiali & ipsa experientia cõstat, quod Sol singulis annis à zenith eorum maximè recedat, tum inquam cùm fuerit in principio uel Cancri uel Capricorni: erunt illis etiam duo ima solstitia, quæ dubio procul ita appellantur ob maximam Solis in meridie ad horizontẽ appropin-

appropinquationē. Non eo inficias inibi permulta moueri posse dubia & quæstiones, quod cùm animus noster sit potius primi mobilis ostendere usum, quā hærere in spinosis quæstionibus, eas posthabere uisum est. Tertia conditio seu proprietas patet ex dictis. Pro quarta proprietate hoc inprimis in quæstionem uenit, utrùm, cùm sol nunquam plus 23 grad. 30 m̄. proximè, ab eorum zenith recedat, cùm in austrum tum in septentrionem: illis posśit aliqua cōtingere hyems nec'ne? Experientia equidem edocemur, quod habitātes in extrema Germania, quando uenerint tempore hyemali in Italiam extremam, suam æstatem nō multum, ut est eorum animorum & corporum, ratione situs assuefactio, ab eorum hyeme differre sentiant: tamē interim hic est æstas & illic hyems. Sic dubio procul loqui non inconuenienter possumus, de eorum hyeme, qui habitant sub æquatore collatione hyemis nostræ, apud quos cùm peruenerit sol ad punctum alterum solstitiorum, calor erit intensisśimus, sicut apud nos, eo existente proximè apud zenith nostrum. Rursus si fuerit in imis solstitijs, erit multò remisśior calor illius. Ex his ratiocinandū est, illos qui subsunt æquatori, ubi aer est tenuisśimus, corporaq; eorum subtiliora, & perspicabiliora nostris, facta collatione ad aerem nostrum, nō secus persentiscere tam in utrisq; altis solstitijs quàm in imis, magnam corporum suorum uariationem, quàm nos ex una hyeme unaq; æstate ac duobus æquinoctijs. Ex dictis satis superq; constare reor, autoris de hac re mentem.

Vtrum qui sub æquatore habitāt, hyemem sentiāt.

Quartam proprietatem nunc portò non incōuenienter sequitur quinta. Constat equidem ex Opticorum sententia approbata, & sensus ipsius manifestatione, quod corpus opacum quoduis luminoso obiectum umbram ab eodem causatam directè in partem oppositā projciat. Hinc sequitur necessarió, quod cùm illi qui habitant sub æquatore, sint in medio quatuor plagarum mundi: habeant ob prędictas recesśiones Solis ab æquatore quatuor umbras. Nam Sole in principijs Arietis, uel Libræ, existente, eoq; oriente, opacorum umbra directè uersus occasum projicietur: occupante uerò Sole plagam occidentalē umbra in partem oppositam opacorum projcietur. Cùm autem ad zenith punctum eleuabitur, & non deflexerit ab æquatore ad alterutram partem uel septentrionalē, uel meridionalem: tunc perpendicularia directè projcient umbram deorsum. Atqui quādo Sol fuerit in signis meridionalibus, umbra ab opacis in Septentrionem, & in septentrionalibus signis in meridiem cadet. Hîc quoq; nonnihil dubij moueri posśit, an scilicet plures umbræ imaginari possemus in situ commemorato, at cùm solutio eiusmodi dubij plus obscuritatis habeat quam lucis, cōsultò eam relinquimus curiosis. Sexta proprietas quæ est de stellarum iuxta polos cum occasu tum ortu, ut est iucundisśima consideratu, ita etiam per se est manifesta uel illis, qui primis labris tantum gustarunt hanc scientiam, quare superuacaneum potius quàm utile est ibi immorari.

DE IIS QVAE ACCIDVNT HABENtibus Sphæram obliquam.

I.

De ijs, quorum Zenith est inter æquinoctialem & tropicum Cancri.

Illis autem, quorum Zenith est inter æquinoctialem & tropicum Cancri, contingit bis in anno, quod Sol transit per zenith capitis eorū, quod sic patet. Intelligatur circulus parallelus æquinoctialis transiens

per

per zenith capitis eorum, ille circulus intersecabit zodiacũ in duobus locis æquè distantibus à principio Cancri.

Sol igitur existens in illis duobus punctis, transit per zenith capitis eorum. Vnde duas habent æstates, & duas hyemes, quatuor solstitia & quatuor umbras, sicut existentes sub æquinoctiali. Et in tali situ dicunt quidam Arabiam esse. Vnde Lucanus loquens de Arabibus uenientibus Romam in auxilium Pompeio, dicit:

Ignotum uobis Arabes uenistis in urbem,
Vmbras mirati nemorum non ire sinistras.

Quoniam in partibus suis quandoq; erant illis umbrę dextræ, quandoq; sinistræ, quãdoq; perpendiculares, quandoq; orientales, quandoque occidentales. Sed quando uenerant Romam citra tropicum Cancri, tunc semper habebant umbras septentrionales.

In textu proposito, autor more suo breuiter sed dilucidè prosequitur alteram uariationem habitationum, nimirum eorum, qui habitant inter æquatorē & tropicum Cancri, eiusmodi inquam habitatoribus æquè contingunt sex proprietates, ac illis quorum habitatio est sub ipsomet æquatore. Prima proprietas est, quòd Sol bis in anno transeat per zenith seu punctum uerticalem eorum, quòd pingi non facilè potest, sed ex sphæra materiali, instrumento equidem nobilissimo, clarissimè demonstrari datur. Hic equidem oritur quæstio, quomodo inueniendum sit, quibus & quando Sol in uertice sit. Hæc quæstio perfacilis est resolutu. Quoniam si libuerit cognoscere siue inuenire, quando illis qui habitant in commemorato situ, Sol fiat uerticalis, operæprecium est in memoria habere ea, quæ suprà suo loco de signis oppositis dicta sunt. His cognitis ac iterũ in memoriam reuocatis, tunc primum omnium cognoscenda est poli eleuatio, & deinde Tabula declinationis adhibẽda erit, quæ tibi ostendet aut loci aut regionis tuæ latitudinem, hoc est, puncti uerticalis distantiam ab æquatore, quæ ad unguem semper conuenit (quemadmodum alibi dictum est) cum poli in tali situ eleuatione. In sitibus autem extra tropicum Cancri aut Capricorni, alia est ratio. Vtq; res sit clarior, addam exemplũ. Esto gratia exempli, insula Iamaica in Oceano occidentali, sita sub longitudine 276 gr. distans ab æquatore 15 gr. 30 m̃. secundum eius medium. Cogniturus igitur quando Sol futurus sit uerticalis huic insulæ, & alijs locis sub eodem parallelo sitis, tunc ingredere in Tabulam declinationis Solis, cum 15 gr. 30 m̃. in lineas scilicet declinationum & non signorum: statim uidebis ad sinistram in signorum linea, 12 gr. & in capite tabulę Scorpionem & taurũ signa. Quare dico, Solem existentē in 12 gr. proximè uel Tauri uel Scorpionis, habitantibus in medio illius insulæ, fore in meridie, uerticalem, nempe bis in anno, scilicet 22 die Aprilis, & 25 Octob. Idem iudicium est habendum etiã in reliquis locis, compræhensis inter æquatorem & tropicum Cancri uel Capricorni.

Quãdo quibuslibet zonæ torridæ habitatorib. Sol uerticalis fiat.

II.

QVORVM ZENITH EST IN *tropico Cancri.*

Illis siquidem, quorũ Zenith est in tropico Cancri, contingit, quod

ſemel in anno tranſit Sol per zenith capitis eorum, ſcilicet, quando eſt in primo puncto Cancri, & tunc in una hora diei unius totius anni, eſt illis umbra perpendicularis, in tali ſitu dicitur eſſe Syene ciuitas. Vnde Lucanus: Vmbras nuſquam flectente Syene. Hoc intellige in meridie ſcilicet unius diei, cuius umbra manè porrecta occidentalis, ſerò orientalis, & reſiduum totius anni iacitur illis umbra ſeptentrionalis.

Poſtquam abſoluit proprietates ſecundi modi, conſequens eſt ut proſequatur expoſitionem proprietatum tertij modi habitationum, nempe eorum, qui habitant ſub tropico Cancri: tales inquam habent quatuor tantùm proprietates, quarũ prima eſt, quòd Sol ſemel ſit illis uerticalis, tum ſcilicet cùm fuerit in principio Cancri: altera eſt, quod habeant duo ſolſtitia tantùm, non ſecus ac illi omnes, qui habitant extra tropicum Cancri, unum, quando Sol fuerit in principio Cancri, alterum autem quando fuerit in principio Capricorni: tertia proprietas eſt, quod habeant duntaxat unam æſtatem, & unam hyemem: quarta autem eſt, quod illis ſint tantum tres umbræ. Nam cum Sol fuerit in principio Cancri, & oritur umbra perpendicularium proijcitur in occaſum, eo exiſtente in occaſu, umbra proijcitur in ortum, & in meridie erit perpendicularis: Sole uerò exiſtente alibi, umbra erit Septentrionalis ſemper, meridionalis aũt nunquam, & quidquid aliarum eſt proprietatum id ex his per ſe notum eſt.

III.

QVORVM ZENITH EST INTER TROpicum Cancri, & circulum arcticum.

Illis uerò quorum Zenith eſt inter tropicum Cancri & circulum arcticum, contingit, quod Sol in ſempiternum non tranſit per zenith capitis eorum, & illis ſemper iacitur umbra uerſus ſeptentrionem, Talis eſt ſitus noſter. Notandum etiam, quod Æthiopia uel aliqua pars eius eſt citra tropicum Cancri. Vnde Lucanus:

Aethiopumq; ſolum quod non premeretur ab ulla
Signiferi regione poli, ni poplite lapſo,
Vltima curuati procederet ungula Tauri.

Dicunt enim quidam, quòd ibi ſumitur ſignum æquiuocè, pro duodecima parte zodiaci, & pro forma animalis, quòd ſecundum maiorẽ partem ſui eſt in ſigno quod denominat. Vnde Taurus cum ſit in zodiaco ſecundum maiorem ſui partem, tamen extendit pedem ſuum ultra tropicum Cancri, & ita premit Æthiopiam, licet nulla pars zodiaci premat eam. Si enim pes Tauri, de quo loquitur autor, extẽderetur uerſus æquinoctialem, ut eſſet in directo Arietis, uel alterius ſigni, tunc premeretur ab Ariete uel Virgine, & alijs ſignis, quod patet per circulum æquinoctiali parallelum, circumductum per zenith capitis ipſorum Æthiopum, & Arietem & Virginem, uel alia ſigna. Sed cum ratio Phyſica huic contrarietur, non enim ita eſſent denigrati, ſi in temperata naſcerentur regione habitabili, dicendum quòd illa pars Æthiopiæ, de

qua

qua loquitur Lucanus, est sub æquinoctiali circulo, & quòd pes Tauri, de quo loquitur, extenditur uersus æquinoctialem. Sed distinguitur tunc inter signa cardinalia & regiones. Nam signa cardinalia dicuntur duo signa, in quibus contingunt solstitia, & duo in quibus contingunt æquinoctia. Regiones autem appellantur signa intermedia. Et secundum hoc patet quòd cùm Æthiopia sit sub æquinoctiali, non premitur ab aliqua regione, sed à duobus signis tantùm cardinalibus, scilicet, Ariete & Libra.

In hac parte quarta habitationum, quæ comprehenditur inter maiorem poli eleuationem, quàm sunt 23 gr. 30 m̄. & minorem 66 gr. 30 m̄. habitantiū inquam in hac plaga, prima est proprietas, quod habeant maiorem dierum inæqualitatem prioribus: siquidem quò magis eleuatur polus, eò maior est dierum inæqualitas, quæ crescere nō desinit, nisi cùm polus sistatur in uertice. Altera porrò proprietas est, quòd Sol illis nunquam sit uerticalis. Tertia uerò, quód habeant uerē umbrarum differentias, nam Sole existente in Cancro, umbra perpendicularium uersa est longissima, recta autem breuissima, sed eo existente in signo opposito fit contrà. Cæterùm cùm fuerit aut in Cancro aut in Libra, æquinoctialis umbra erit intra terminos prædictarum umbrarum, sicut umbra aliorum signorum intermediorum. Deinde est umbra æquinoctialis recta, ut uidere est in horologijs muralibus, & alijs, quibus signa inscribuntur, aliæ uerò arcuatæ. Postremò habent duo tantùm solstitia, alterum scilicet quādo Sol fuerit in principio Cancri; & unum Sole occupante principium Capricorni.

IIII.

QVORVM ZENITH EST IN

circulo arctico.

Illis autem, quorum Zenith est in circulo arctico, contingit in quolibet die & tempore anni, quòd zenith capitis eorum est, idem cum polo zodiaci, & tunc habent zodiacum siue eclypticā pro horizonte. Et hoc est, quod dicit Alfraganus, quòd ibi circulus zodiaci flectitur supra circulum hemisphærij. Sed cùm firmamentum continuè moueatur, circulus horizontis intersecabit zodiacum in instanti, & cùm sint maximi circuli in sphæra, intersecabunt se in partes æquales. Vnde statim medietas una zodiaci emergit supra horizōtem, & reliqua deprimitur sub horizonte subitò. Et hoc est quod dicit Alfraganus, quod ibi occidunt repentè sex signa, & reliqua sex oriuntur cum toto æquinoctiali.

Cùm etiam eclyptica sit horizon illorum, erit tropicus Cancri totus supra horizontem, & totus tropicus Capricorni sub horizonte, & sic Sole existente in primo puncto Cancri, erit illis una dies 24 horarum, & quasi instans pro nocte, quia in instanti Sol transit horizontem, & statim emergit, & ille contactus est illis pro nocte. Econuerso cōtingit illis, Sole existēte in primo puncto Capricorni. Est enim tunc illis una nox 24 horarum, & quasi instans pro die.

V.

QVORVM ZENITH EST INTER CIRCVlum arcticum, & polum mundi.

Illis autem, quorum Zenith eſt inter circulum arcticum, & polum mundi arcticum, contingit, quod horizon illorum interſecat zodiacū in duobus punctis æquidiſtantibus, à principio Cancri, & in reuolutione firmamenti cōtingit, quòd illa portio zodiaci intercepta, ſemper relinquitur ſupra horizontem. Vnde patet, quòd quamdiu Sol eſt in illa portione intercepta, erit unus cōtinuus ſine nocte, ergo ſi illa portio fuerit ad quantitatem ſigni unius, erit ibi dies continuus unius menſis ſine nocte: Si ad quantitatem duorum ſignorum, erit dies continuus duorū menſium ſine nocte, & ita deinceps. Similiter contingit eiſdem, quòd portio zodiaci intercepta ab illis duobus punctis æquidiſtantibus à principio Capricorni, ſemper relinquitur ſub horizonte, unde cùm Sol eſt in illa portione intercepta, erit una nox continua ſine die, breuis uel magna, ſecundum quantitatem interceptæ portionis.

Signa autem reliqua, quæ eis oriuntur & occidūt, præpoſterè oriuntur & occidunt. Oriuntur præpoſterè, ſicut Taurus ante Arietem, Aries ante Piſces, Piſces ante Aquarium, & tamen ſigna his oppoſita oriuntur recto ordine, & occidunt præpoſterè, ut Scorpius ante Libram, Libra ante Virginem, & tamen ſigna his oppoſita occidunt directè, illa ſcilicet, quæ oriebantur præpoſterè, ut Taurus.

VI.

QVORVM ZENITH EST IN polo arctico.

Illis autem quorum Zenith eſt in polo arctico, contingit, quòd illorum horizon eſt idem quod æquinoctialis. Vnde cum æquinoctialis interſecet zodiacum in duas partes æquales, ſic & illorum horizon relinquit medietatem zodiaci ſupra, & reliquam infra. Vnde cum Sol decurrit per illam medietatem, quæ eſt à principio Arietis, uſq; ad finē Virginis, unus erit dies cōtinuus ſine nocte, & cùm Sol decurrit in reliqua medietate, quæ eſt à principio Libræ, uſq; in finem Piſcium, erit nox una continua ſine die. Quare & una medietas totius anni, eſt una dies artificialis, & alia medietas eſt una nox. Vnde totus annus eſt ibi unus dies naturalis. Sed cum ibi nunquam magis 23 gr. Sol ſub horizonte deprimatur uidetur quod illis ſit dies cōtinuus ſine nocte. Nam & nobis dies dicitur ante Solis ortum ſupra horizontem. Hoc autem eſt quantum ad uulgarem ſenſibilitatem. Non enim eſt dies artificialis quantū ad Phyſicam rationem, niſi ab ortu Solis uſq; ad occaſum eius ſub horizonte. Ad hoc igitur, quòd lux uidetur ibi eſſe perpetua (quoniam

niam dies antequam Sol leuetur super terrā per 18 gradus, ut dicit Ptolemæus, alij uerò Magistri dicunt 30, scilicet per quantitatem unius signi) dicendum quod aer est ibi nubilosus & spissus. Radius enim solaris ibi existens debilis uirtutis, magis de uaporibus eleuat, quàm possit consumere, unde aerem non serenat, & non est dies.

Insuper ut singula sint illustriora, ponit adhuc tres habitationum modos, posteriores eorum qui suprà in genere propositi sunt. Cæterùm ne prolixior sim, horum omnium proprietates breuiter quoad fieri potest recensere uisum est, siquidem textus per se sit satis superq; clarus. Nam qui babent eleuationem 66 gr. 30 m̄. illis primò oriuntur sex signa, & hoc in instanti, & reliqua sex sub horizontem in uno quasi momento deprimuntur: isti habent, Sole gradiente in principio Cancri, diem 24 horarum, & tantam noctem, quando fuer in principio Capricorni. Adhæc habent hoc proprietatis, quòd polus zodiaci singulis diebus cum illorum puncto uerticali fiat idem punctus, tum scilicet, cum zodiacus & æquator uniuntur. Sed quorum poli eleuatio maior est 66 gr 30 m̄. & minor 90 gr. has potissimum habent proprietates, nempe quod partes principio Cancri uicinæ nunquam occidant, & huiusmodi homines habent diem artificialē. Sole morāte in illis partibus, iuxta quantitatem illius arcus qui non occidit, & contrà propinquæ partes principio Capricorni non oriuntur, unde sequitur, quod habeant noctem pro quantitate illius arcus non orientis. Deinde etiam hoc illis propriū est, quòd signa ut uidere est in sphæra materiali, illis præpostere & oriuntur & occidunt. Postremò, qui sunt in septimo situ habitationum, sub polo scilicet, habent horizontem & æquatorem coniunctos, insuper altera medietas zodiaci est semper supra terra, altera uerò semper sub eadem, hi habēt in anno tantùm unum diem artificialem ac noctem unam artificialem. Hactenus de septem modis habitationum.

Ad finem deducta expositione modorum septem habitationum, ab æquatore uidelicet, usq; sub ad polum ipsum septentrionalem nunc consequens foret, tractationem climatū ad manus sumere, atqui cùm persæpe facta sit mētio umbrarum, non inconueniens fuerit, si priusquam ad sequentia perueniatur, nonnihil & id paucis, de umbris earumq; utilitate deinceps dicatur. Est enim umbra secundum opticos nihil aliud, quàm lumen diminutū seu species quædam opaci corporis, luminoso semper aduersa. Nam exterior sensus uisus iudicat umbrā non fieri, nisi quoties opacum aliquod obijcitur luminoso, eiusq; propter interpositionem priuatur lumine. Certè rectè intellecta umbrarū ratione, studiosus dubio procul intelliget plurima cùm uisu tum contemplatione iucundissima. Sciendum est, quod umbra diuidatur in rectam & uersam. Estq; umbra recta (ut procedātomnia recto ordine) quæ fit ab umbroso, quòd super horizontale planum, quodcunq; illud sit, ad rectos angulos erigitur atq; eleuatur. Versa autem umbra est ea, quæ fit ab umbroso ipsi horizonti parallelo, hoc est æquidistanter locato, hæc inquam in longum planæ superficiei super horizontem perpendiculariter incidentis, de mittitur.

Vmbrarum definitio, discrimina, cumq; umbrosis proportio.

Habitis definitionibus, iam uisum est ostendere, quæ sit inter umbras ipsas ac inter umbrosa proportio. En Ioannes de monte Regio, lib. 2. suę epitomes, prop. nona dicit. Data solis altitudine, umbram rectam seu uersam perscrutari. Vnde necesse est, ut proportio sinus altitudinis datę, ad sinum complementi eius sit, sicut proportio longitudinis umbrosi ad umbræ suæ rectę longitudinē. Sit itaq;, ut res clariùs appareat in figura consequenti, e a l g circulus altitudinis (quomodo is circulus ad imaginationem ueniat in præcedentibus copiosè dictum est)

qui non incommodè etiam ipſum meridianum repræſentat, l d ſit umbroſum, ad o l i k horizontem perpendiculariter erectum, b d g ſit æquidiſtans horizonti. Sed ex quo tota terra puncti rationē ad Sphæram Solis ad ſenſum habere uideatur, d nihil prorſus differt à capite umbroſi facientis umbram. Sit porrò l k umbra recta perpendicularis, corporis umbroſi l d, quæ umbra cadit in ſuperficiem horizontalem. Ex prædictis, b d g & l i k, ob terræ ſemidiametri inſenſibilitatem ad ſphęram Solis, ſint una ſuperficies, b a ſit gratia exempli Solis altitudo antemeridiana 36 gr. Viennæ ſuperioris Pannoniæ, ubi fuit Regia inuictiſsimi D. Ferdinandi Imp. Romanorum, c a ſit ſinus rectus prædictæ altitudinis, 35 part. 16 m̄. 2 ſec. a e, complementum illius altitudinis, 54 gr. & ſinus ipſe a f. 48, 32, 28, huic coæquatur e d, ſiquidē c d f a ſit quadrangulum, a d k repræſentet radium Solis, obuians horizonti in puncto k. Ex definitione quadranguli, d f æqualis eſt c a, ſicut a f ipſi c d. Per quartam ſexti, proportio a c ad c d eſt, ſicut d l ad l k, ſiquidem trianguli a c d & d l k, ſint æquianguli. Sitq́ gratia exempli, l d umbroſum, 12 punctorum (in totidē enim puncta latera quæquæ in ſcalis altimetris diuidi ſolēt) pro umbra aūt uerſa ſit i g, erectum quid, ſtans ſuper horizontem perpendiculariter, huic infixum ſit umbroſum d g, umbrā uerſam repreſentet h g, quæ quærenda eſt. Sint duo trianguli æquianguli, ſcilicet d c a, & d g h: erit ex quarta prop. ſexti Euclidis, proport. d c, ad c a, ſicut eſt prop. d g ad g h. Ex tribus datis, dabitur etiam quartum, uti poſterius uidebitur, nempe umbra uerſa g h. Ex ſubſequēti figura res fortaſsis fiet illuſtrior. Sit n corpus ſolare, r o umbroſum ad horizontem, z s perpendiculare, p q umbroſum parallelum horizonti, q r umbra uerſa, n p r radius ſolaris, à quo cauſatur umbra uerſa, r s umbra recta ſeu horizontalis, n o s radius ſolaris, n z ſit, ſinus rectus eleuationis Solis ſupra horizontem datæ. Repræſentet porrò s z ſinum complementi ſolaris altitudinis, z n ſinum altitudinis Solis. Ad habendum umbram rectam, ordinentur numeri cum lateribus triangulorum, ut ſequitur: ſcilicet,

n —35. 16. 2.— z | z —48. 32. 28.— s | o —12— r, quo facto, opus ad finem deducetur iuxta tenorem regulæ proportionum, & prouenient pro umbra recta r —16. 31. 0.— s. Porrò ſi cupis cognoſcere umbram uerſam q r, aut g h, pręmiſſarum figurarum: intelligas rurſus duos triangulos, s z n, p q r: quare per quartā ſexti Euclidis, erit (ut dictum eſt ſuprà) proportio s z ad z n, ſicut p q ad q r. Tria ſunt nota, ſcilicet s z, ſinus cōplementi ſolaris altitudinis, z n ſinus altitudinis Solis: hinc perfacilè

facilè

facilè est cognoscere quartū, nempe q r, umbrā scilicet, uersam, ut s $\frac{84.32.28.}{}$ z | z $\frac{35.16.2.}{}$ n | p $\frac{12}{}$ q | q $\frac{8.43.6}{}$ r. Ex his, dubio procul, sine omni difficultate candidatus quiuis peruidere potest, rationem compositionis tabulatum umbrarum tam rectarum quàm uersarum, quam hîc consultò omittere uisum est.

Cæterùm ne quis cogitet umbrarum cognitionem nullum habere usum, paucis aperire placuit aliquot eius utilitates, inter quas principē locum tenet, quod per umbrarū scientiā peruenitur ad cognitionem eleuationis poli: quantā ea habeat utilitatem in re Astronomica, non est huius loci dicere. Cùm igitur animus fuerit cognoscere poli eleuationem per umbras, tunc habeas diei tui locum Solis cognitum in ipso meridie, habito eiusmodi loco Solis meridiano, tunc elicias illius gradus Solis declinationem, & obserues an gradus Solis sit in signis meridionalibus, scilicet, ♎, ♏, ♑, ♐, ♒, ♓, aut Septentrionalibus, puta: ♈, ♉, ♊, ♋, ♌, ♍. Quòd si hæc possederit, demas declinationē Solis ab altitudine Solis inuenta: si uerò illa, addas dictam declinationē eidem Solis altitudini inuentę. Et postquam residuum auferes à 90 gr. in promptu erit distantię arcus, qui est inter punctum uerticalem, & æquatorem, qui arcus ex demonstratis suprà æquipollet ei, qui est inter polum mundi & horizontē, hoc est eleuationi poli. Et hoc nō ignorandum est, quòd, ut ad propositum peruenias, umbra recta r s sit in se ducenda, & productum addendum quadrato o k. Hæc duo quadrata tantum possunt per penultimam primi Euclidis, quantum quadratum o s: hinc recta ipsa o s innotescet tibi. Erit igitur per quartam sexti Euclid. prop. s o ad o k, quæ est s n ad n z: Sed s n linea semper supponitur esse 60 part. Consimiliter fieri habet in inuestigatione altitudinis Solis ex umbra uersa. Intelligantur scilicet, duo trianguli æquianguli, p q r & s n z, uel r n z docendi gratia, quæ est proportio r p ad p q, ea erit proportio r n seu s n ad n z: sed r n seu s n, præsupponatur sicuti aliàs 60 part. hinc r p eo uenit in noticiam, modo quo s o.

Eleuatio poli per umbras indaganda.

Sit rursus gratia exempli, f d s i Meridianus circulus, r o f repræsentet circulū


 uerticalem,

uerticalem,ſecantem meridianum ad angulos rectos. Sed cùm conſtet ex dictis, diametrum terræ ad Solis diametrum eiusq; diſtātiam à centro uniuerſi, eſſe inſenſibilē, d i & m x nihil diſtare iudicantur: erit igitur m x linea meridiana, y o h linea repræſentet æquatorem, d n ſit arcus altitudinis Solis adhuc ignotus eo exiſtēte in 20 gr. 17 m̄. Leonis, cuius gradus declinatio offertur 14 gr. 46 m̄. ad eā inquā altitudinē Solis, ignotā adhuc ex obſeruatione per gnomonem, die 3 Auguſti, anno 1560, Friburgi Briſgoię, oblata eſt umbra recta r s, 8 part. 5 m̄. qualium r o perpendiculū pręſupponitur 12 part. Cæterùm umbra uerſa ad meridiē prænominatum, inuenta eſt 17 part. 54 ferè. En per umbram rectam r s, & perpendiculum r, ſubtenſa s o inuenta eſt. 14 part. 27 m̄. Poſtquam numeri poſiti ſunt in ordinem debitum, ut ſequitur s —14.27— o | o —12— r | s —60— n | n —— z, & opus ad finem deductū eſt, ſinus altitudinis Solis z n inuentus eſt: 49. 50. 22. cuius arcus d y n, eſt 56 grad. 10 m̄. Non aliam reperies, ſi operaberis per doctrinam præmiſſam, cum umbra uerſa, arcus y n, declinatio ſcilicet 20 gr. 17 m̄ Leonis ut pędictum eſt, eſt 14 gr. 46 m̄ qui ſi ſubductus fuerit ab altitudine præinuēta, ſcilicet 56 gr 10 m̄. reſiduabuntur pro d y, altitudine nimirum æquatoris ab horizonte, 41 gr. 24 m̄. arcus y n f & i g, ex demōſtratis ſuprà ſuo loco, ſunt ſimiles: quare ſi auferes inuentā altitudinē æquatoris ab horizonte, à quarta d n f, hoc eſt 90 gr. relinquentur 48 gr. 36 m̄. pro altitudine poli, ſcilicet i g, quæ quærebatur. Hunc in modum etiam in reliquis operandum eſt.

Non eſt ut aliquis ſecum cogitet, per umbrarum aut altitudinis Solis meridianæ cognitionem, ſolùm patere candidatis aſtrorum ſcientiæ uiam ad inueſtigationem polaris altitudinis, & non etiam per alias horas diei, quæcunq; illæ ſint. Cæterùm ut uideant candidati, etiam quacunq; hora diei, per Solis altitudinem notam, aut alicuius umbrarum, & inſuper loci Solis in zodiaco notam (qua innoteſcit declinatio Solis) aditum patere ad inueſtigationem altitudinis poli: nō piguit me adhuc quid amplius de hac re addere. Inueſtigaturus igitur poli eleuationem ſupra horizontem in aliquo loco, habeas Soli eleuationem ab horizonte ad horam propoſitam, & azimuth, hoc eſt diſtantiam circuli uerticalis, tranſeuntis per locum Solis, in horizonte à meridiano circulo. His duobus habitis, opereris iuxta exemplum ſubiectum, diligenter obſeruatis cautelis, quas te docebit uſus. Sed ut quæque apertiora tibi ſint, capias præcedentem figurā, in qua e p s x, eſto Meridianus loci propoſiti, q p c x horizon obliquus, g h l o æquator,

gmn

g m n zodiacus, a f m c t circulus secans meridianus in puncto f, ad angulum rectum, transiens per locum Solis m, circulus, s k m d b, sit circulus horarius, i m e azimuth seu circulus uerticalis, determinans arcum p r i in horizonte, g principium Arietis, m locus Solis, 20 gr. scilicet Geminorum, d polus Septentrionalis, d x arcus eleuationis poli, qui quærendus est, e polus horizontis, k t l pars circuli, à quo m k s, & m c t quarte secantur ad angulos rectos, cui coæquatur a b, ob æqualitatem angulorum t m k & a m b. Porrò i m arcus, est altitudo Solis ab horizonte, eo distãte 30 gradibus à meridiano, quæ est inuenta per Astrolabium, 55 gr. 9 m̃ Complementũ huius altitudinis, nempe arcus m e, est 34 gr. 51 m̃. sinus rectus huius est: 34 part. 17 m̃. 8 secund. illius autem: 49 part. 14 m̃. 20 secund. u m est declinatio dicti loci, quam obtulerunt tabulæ: 23 grad 7 m̃. 2 secund. & complementum m d: 66 grad. 52 m̃ 58 secund sinus rectus commemorati complementi, est 55 part. 11 m̃. arcus p r i, inuentus est per Astrolabium 54 grad. & sinus ipsius: 48 part. 32. 28. Anguli e i p & e m f, sunt notorum laterum, & rectanguli per demonstrata triangulorũ sphæricorũ: quare quæ est proportio e i, scilicet sinus totius, ad i p sinum, ea erit



proportio sinus c m ad m f. Tribus notis, scilicet e —60— i, | i —8.32.28— p | e —34.17.8— m |

notum fiet etiam quartum, quod est m —27.21.6.— f, & arcus ipse, 27 grad. 7 m̃. & residuum eius ad 90, est 62 grad. 53 m̃. ac sinus ipsius m c, 53 part. 24 m̃. 17 secund. Intelligantur rursus duo trianguli, puta c f p & c m i, horum inquam sinus


c —53 24 m̃ 17 secund.— m | i —49.14.20— m | c —60— f | p —— f | inuicem sunt proportionalia. Per regulam proportionum, sinus p —— f inuentus est: 55 part. 19 m̃. & arcus eius p h f, 67 grad. 13 m̃. Hinc residuum f e prouenit, 21 grad. 47 m̃. post oblationem arcus p f, ab arcu p h f e, hoc est, quarta circuli. Arcus n c æquatoris est 60 grad. & sinus seu subtensa eius, 51 part. 57. 41. Sint rursus triangulorum sphæricorum, m c u & m t k sinus inuicem proportionales, scilicet quæ est

 proportio


proportio sinus m —53.24.17.— c ad sinum c —51.57.41.— n, sicut sinus totus m —60— t ad sinum t —— k, qui post opus peractum, prouenit 58 part. 23. m̄. cui (ut dictum est) coæquatur sinus arcus a b. Intelligantur insuper duo alij trianguli sphærici rectanguli, m d f & m b a, eiusdem cum prioribus qualitatis. Horum triangulorũ tres sinus m b, b a, & m d, noti sunt, ut m —60— b, b —58.23.— a, m —55.11.— d, per prædicta pro sinu arcus d f, prosilierunt: 54.9.34. huius arcus est 64 grad. 30 m̄. à quo sublato arcu f e, reliqui fuerunt: 41 gr. 43 m̄. hoc producto rursus subducto à 90 gr. prouenit arcus d x, 48 grad. 17 m̄. pro altitudine poli aquilonaris quæsita. De his hactenus.

Quomodo porrò umbræ meridianæ, Sole existente in meridie, cùm fuerit in principio aut Cancri, aut Libræ, Arietis'ue, aut Capricorni, sint eliciendæ: ex prædictis sine dubio facillimè, quisque uel mediocriter in pulueribus Astronomicis institutus, suo marte adsequetur. Ceterùm ut etiam ostendamus, quem usum habeant cognitiones altitudinum stellarum reliquarũ, quæ partim per umbras, uti uisum est, partim per almicantharat in facie Astrolabij uenãtur, quorum suo loco facta est mentio: uisum est (quò exactius sphæræ materialis nobilitas intelligatur) ostendere rationem, cognoscendi loca uera stellarum fixarum. Nam huius rei sciẽtia perquam utilis & perquam iucunda equidem est, anhelantibus ad pleniorem Astrorum scientiæ cognitionem. Facturus igitur negotij huius periculum. Discas primùm omnium per præmissa poli eleuationem, pro loco tuo: deinde distantiam hõrizõtalem à meridie azimuth scilicet: tertiò medium cœli, hoc est punctũ eclypticę, qui hora obseruationis fuerit in medio cœli, quod fiet facilè per locum Solis ad eam horam præcognitam ex ephemeridibus, aut tabulis cœlestium motuum. Sed pro habenda hora, in promptu tibi sit aliquod instrumẽtum rotatum ex ære, quod probatum, sit ad capiendas horas certas, quod per dies aliquot ad examẽ uocetur, priusquam fiat obseruatio. Idem hoc potes efficere mediante Astrolabio aliquo solerter præparato. Facilioris intellectus gratia, sit in subsequenti figura, e l f u meridianus circulus, i p o f horizon loci dati, y i s x æquator, y r k x zodiacus, g b e circulus horarius seu declinationis, i d o circulus transiẽs per ortum æquinoctialem, & secãs meridianum ad angulos rectos, h b e p azimuth traiectus per finem distantiæ horizontalis à meridie, e polus septentrionalis, c polus horizontis, l locus medij

Ratio cognoscendi uera loca stellarũ fixarum.



medij cœli, b locus stellæ extra eclypticam, k locus uerus stellæ eiusdem in eclyptica ipsa, qui quærendus est, h n b altitudo stellæ tempore obseruationis, m k b declinatio stellæ. Nunc ad exemplum properandum censeo. Facta est obseruatio pro habendo uero loco stellę, existentis in humero Aurigæ, Hircus nomine, primæ magnitudinis, die 16 Decembris, anno 1559. Friburgi Brisgoiæ, hora nona noctis, Sole existente in 4 gr. 19 m̃. Capricorni. Ad dictam horam 23 gr. ferè Tauri, inuentus est occupasse medium cœli, cuius ascensio recta, ut est arcus x s, ex tabulis oblata est, 50 grad. 36 m̃. Eleuatio poli t e, est 48 grad. 36 m̃. Arcus f h, est 83 gr. sinus eius, 59 part. 33 m̃. 10 sec. Complemenrum altitudinis stellæ b c, est 14 gr. sinus huius complemēti, 14 part. 30 m̃. 55 sec. Sint porrò trianguli sphærici rectanguli, c h f & c b d. Per doctrinam triangulorum sphæricorum, sinus b d, prodijt 14 part. 24 m̃ 28 sec. & arcus eius, 13 gr. 53 m̃. residuus arcus b i, 76 grad. 7 m̃ cum sinu 58.14.49. sinus altitudinis h b, est 58.13.4. Ad habendum arcum f d, concipiantur in animo duo alij trianguli æquianguli sphærici, i b h & i d f, & disponantur sinus prius inuēti ad regulam ut sequitur: 58.14.49|58.13 4|60, opere ad finem deducto, in producto erunt 59 part. 57 m̃. 58 sec. quorum arcus, puta f d, est 68 gr. 4 m̃. ab hoc subtrahatur f s, eleuatio scilicet æquatoris supra horizontem, nempe 41 gr. 24 m̃. & residuabitur arcus s d: 46 gr. 40 m̃. sinus eius offeretur: 43.38.33 Deinceps ut innotescat declinatio stellæ, m b, intelligātur rursus duo trianguli rectanguli sphęrici, i d s & i d m, ordinenturq́ numeri sic: 60|43.38.33|58.14 49. & operetur ritè, tunc egredientur pro sinu arcus m b: 42.22.11. quorum arcus est, 44 gr. 55 m̃. complementum iam inuentæ declinationis facta subtractione, oblatū est 45 gr. 5 m̃. Sinus uerò arcus b c: 42.29.16. Vt autem perueniatur postremò ad cognitionem arcus s m, sint trianguli e b d & e m s, æquianguli, & numeri sicuti sequitur. 42.29.16|14.24.28|60|en ex opere sedulo, productæ sunt 20 part. 20 m̃. 46 sec. arcus autem s m, 19 gr. 49 m̃. Sed x s ascensio recta, quæ debetur 23 gr. Tauri, est 50 gr. 36 m̃. hinc totus arcus x s m, erit 70 gr. 25 m̃. his respōdent 11 gr. 55 m̃. 23 sec. Geminorum. Iam manifestum est, hircum, cum 11 gr. 55 m̃. 23 sec. Geminorum mediare cœlū.




His cognitis, iam porrò series exempli postulat, ut uertatur animus ad inueniendū locum uerū stellæ prædictæ. Cæterûm cùm hoc negotiū requirat noticiam anguli, qui fit ex coincidentia eclypticæ & meridiani: operæprecium esse uidetur, ut aliquid etiam de his angulis in mediū proferatur, quorum usus ut est permagnus, ita est quoq́ iucundæ considerationis. Sciendum est itaq́ quando aut caput Arietis, aut caput Libræ fuerint sub Meridiano,

quod

quod talis angulus nihil differat, à complemento maximæ Solis declinationis: qui inquam angulus noſtris temporibus eſt, 66 gr. 30 m̃. exiſtente uerò aliquo ex punctis tropicis in Meridiano, tunc erit 90 gr. hoc eſt rectus. Sit gratia exempli in figura ſubiecta, b k a h æquator, a f r b zodiacus, e a l b Meridianus, g f e d circulus declinationis, t h c s colurus ſolſtitiorum, h r maxima Solis declinatio. Et cùm principium uel Arietis uel Libræ fuerit ſub Meridiano, erit e a r ſiquidem a eſt principium Arietis, angulus meridiani, qui (ut dictum eſt) noſtris temporibus in ſe habet, 66 gr. 30 m̃. Si autem punctus h: tunc e h b erit angulus quæſitus, quem metitur arcus h i, hoc eſt 90 gr. Alio uerò puncto exiſtente ſub meridiano, auferas (ſi placuerit elicere angulum in meridiano ab eclyptica factum) maximam Solis declinationem à 90 gr. reliqui ſinum ducas in 60, productumq; diuidas per ſinum complementi declinationis loci tui in eclyptica accepti: arcus ſinus producti, oſtendet tibi angulum quæſitum.

En ſit pro exemplo: 11 gr. 55 m̃. 23 ſec. Geminorum cum quibus (ſicut patet ex prædictis) hircus ad cœli medium peruenit. Declinatio huius gradus eſt, 22 gr. 16 m̃. 18 ſec. nempe arcus g f, cõplementum eius f e, eſt 67 gr. 43 m̃. 42 ſec. & complementum, 66 gr. 30 m̃. Horum complementorum ſinus ſunt, nempe huius: 55 part. 1 m̃. 25 ſec. & illius: 55 part. 31 m̃. 9 ſec. Sint duo trianguli f d i & f e k, rectorũ angulorum: hinc ſinus erunt proportionales, ſcilicet, f —55.31.9— e | e —55.1 25.— k | f —60— d ex quibus prouenit. poſtquam operatum eſt, ſinus ipſius arcus i d: 59. 27. 52. pro arcu autem dicto: 82 gr. 20 m̃. tantus eſt angulus d f i, in alijs fiat conſimiliter, ſi placuerit tabulas angulorum eiuſmodi componere.



Elaborato iam angulo, qui quærebatur, conſequens eſt cognoſcere latitudinem ſtellæ propoſitæ, & deinde uerum eius motum. In ſequenti figura, eſt arcus bb b, ſtellæ propoſitæ latitudo quærenda, ee bb eſt arcus zodiaci, quo differt uerus locus dictæ ſtellæ à gradu cum quo ad medium peruenit cœli. Hæc manifeſta exiſtunt per proximè præmiſſas figuras, ſcilicet m b, x ee, quo arcu cognoſcitur m ee, declinatio mediationis cœli, quæ exiſtit, 22 grad. 16 m̃. 18 ſecund. Huius complementum, ee b (ſiquidem m ee b, eſt 44.55) offertur 22 gr. 38 m̃. 42 ſecund. & ſinus rectus, ſcilicet ee b, 23. part. 6 m̃. 22 ſec. angulus q ee z eſt, 82 gradus 20 m̃. ſinus autem: 59. 27. 52. Explicatio reliquorum arcuum eſt talis, puta x h i y eſt æquator, x ee k y zodiacus, g b q declina-

declinationis circulus, nn b o latitudinis, c b r kk circulus incidens ad colurum solstitiorum ad angulos rectos, in puncto r. Porrò circulus f c t u meridianus, f i k t horizon obliquus, p q z arcus qui prætenditur angulo, quem facit meridianus cum zodiaco, o polus zodiaci, e polus mundi, c horizontis, b locus stellæ extra eclypticam, bb locus eius uerus in eclyptica, x principium Arietis, cc principium Cancri in zodiaco, oo r o colurus solstitiorum. Ex cognitione proportionum sinus ee q ad q z, & ee b ad b bb, in noticiam uenit sinus ipsius b bb, qui inuentus est 22 part. 56 m̄. 27 sec. arcus uerò eius, 22 gr. 28 m̄. Restat iam ad ulteriorem operationem, ut inuestigetur sinus arcus b r. Concipiantur igitur in animo, e m h & e b r rectanguli sphærici, quorū sinus e m, est 60 part nempe sinus totus, m h sinus: 20. 6. 38. quia arcus m h, est 19 gr. 35 m̄. Insuper m b ex prædictis est, 44 gr. 55 m̄. & residuum ad 90 gr. 45 gr. 5 m̄. sinus uerò 42 part. 29 m̄. 16 sec. Ex istis numeris & sinubus præcognitis, prodijt sinus b r cognitus: 14 part. 13 m̄. 55 sec. Et ut deinceps propius accedamus ad intentum & propositum nostrum, intelligantur rursus alij duo trianguli sphærici, scilicet o b r & o bb cc. Nam ut uisum est ex præmissis, latitudo stellæ bb b, est 22 gr. 28 m̄. & complementum b o, 67 grad. 32 m̄. & sinus eius, 55 part. 26 m̄. 46 sec. Pro inuentione sinus bb cc, disponantur numeri ita ut sequitur o —55.26.46— b, | b —24.13.55— r | o —60— b b, | perfecta operatione secundum doctrinam debitam triangulorū sphæricorum, prosilierunt pro sinu arcus bb cc, 15 gr. 24 m̄. 5 sec. pro arcu uerò, 14 gr. 52 m̄ His sublatis à 90 gr. residuati sunt 75 gr. 8 m̄. tantus est arcus x l bb. Rursus à principio Arietis usq; ad punctum, quo cum hircus cœlum mediat, sunt 71 gr. 55 m̄. 23 sec. sicuti est arcus x l ee. Hoc sublato à priori arcu inuento, scilicet x l bb, reliqui manserūt 3 gr. 12 m̄ 35 sec. pro arcu ee bb, differētia nimirum, quæ est inter punctum mediationis cœli, & locum uerum stellæ. Et postquam hæc differentia addita est 11 gr. 55 m̄. 23 sec. Geminorum, natus est totus arcus x l ee bb, qui finitur in 15 gr. 7 m̄ 58 sec. Geminorum. Hinc dico quod hircus hora obseruationis, fuerit in 15 gr. 7 m̄. 58 sec. Geminorum. Non eo inficias, in eiusmodi locorum stellarum obseruationibus, multos contingere casus, qui quotquot sunt, his ritè perceptis, nihil neq; obscuritatis neq; difficultatis habebunt. Iam babiti & anguli & arcus multiplices, non satis percipiuntur animo, nisi adhibito nobilissimo instrumento, sphæra scilicet materiali.

En uides optime Lector, quo ingenio hæc tria, scilicet latitudo, declinatio, & uerus locus stellæ, nec non punctus mediationis cœli, ex recta obseruatione altitudinis & distantia horizontalis alicuius stellæ, cognoscantur. Quamuis hæc prolixius æquo fortassè proposita sint, spero tamē hanc prolixitatem leuare omne tædium, cùm uiderint discentes magnitudinē utilitatis, quæ inde ad eós fluit.


Cùm autor noster in hoc compendio totus euolasset è terrestri globo ad cœlestium contemplationem, diuq; moratus fuisset in contemplatione ortuum occasuumq; signorum in utraq; sphæra, item dierum & noctium diuersitatis, prouenientis ex inæqualitate ortus & occasus signorū ac solis, sphæræ mira dispositione, ac aliorum hinc pendentium: nunc redit ac descendit iterum ad globum terrestrem, nempe ad climatum diuisionem. Quamuis sit in climatū tractatione breuior quàm negotium (quod dixerim cum uenia optimi autoris) geographicum postulare uideatur: tamen ne quid desit, non pigebit ea, quæ tantùm obiter paucis tetigit, clariora annotationibus uberioribus reddere eaq; annotādo addere, quibus discētes ad abstrusiora geographię, uel suo marte, his cognitis peruenire possunt. Hæc profectò professio mirum in modum animos hominū per omnes ætates oblectauit, sine cuius uel mediocri tantùm cognitione, omnis lectio hystoriographorum, prorsus & sterilis & superuacanea est. De his aliàs.

DE DIVISIONE CLIMATVM.

Imaginetur autem quidam circulus in ſuperficie terræ, directè ſuppoſitus æquinoctiali. Intelligatur etiam alius circulus in ſuperficie terræ tranſiens per orientem & occidentem, & per polos mundi. Iſti duo circuli interſecant ſeſe in duobus locis, ad angulos rectos ſphærales, & diuidunt totam terram in quatuor quartas, quarum una eſt noſtra habitabilis, illa ſcilicet, quæ intercipitur inter ſemicirculum ductum ab oriente in occidentem, in ſuperficie æquinoctialis, & ſemicirculum ductum ab oriente in occidentem per polum arcticũ: Nec tamen illa quarta tota eſt habitabilis, quoniam partes illius propinquæ æquinoctiali, inhabitabiles ſunt propter nimium calorem. Similiter partes eius propinquę polo arctico, inhabitabiles ſunt propter nimiam frigiditatem,

In hoc textu tria potiſsimum ab autore aguntur, primum quo pacto circuli in globo terreſtri ſub imaginationem perueniant. Secundò, definit climata. Tertiò, quoduis clima non ab re rurſus poſt ſeptenariam diuiſionem, diſpeſcit in tres partes, ſcilicet principium, medium & finem, ſicuti uidebitur deinceps. Certè ſuperiorum, & inferiorum ſpeculationes ita mutuas ſibi præbent operas, quòd niſi utrorumq; ſolida habeatur cognitio, tam aſtrorum quàm geographiæ ſtudia penitùs infirma cenſenda ſunt. Et cùm terra (ut patet ex dictis ſuo loco) unà cum aqua circumſperſa, globum quendam efficiat, partim aquæ, partim terreſtri ſuperficie compræhenſum, ipſaq; centrum quaſi uniuerſi ſit: facilè patebit ex mutua uiciſsitudine, ſcilicet ſicuti ex certis terræ locis uenamur per certos in cœlo intellectos circulos ſyderum habitudines & loca, ſic etiam ex ſyderum habitudinibus, & certis quibuſdam circulis pro hoc negotio aptis, præcognitis, diſtantias locorũ quotumlibet uenabimur, ut patebit pòſt. Hoc uerò non ſilentio prætereundum eſt, nempe quòd non omnibus circulis, qui cœleſti ſphæræ deputantur, ad geographiæ contemplationem opus habeamus, & contrà. Quæris, quibus? en reſponſum: Aequatore nimirum, meridiano, horizonte, & duobus coluris. Quamuis duo tropici, duoq; arctici nonnihil ſeruiant huic negotio, tamē non opus eſt eorum multùm meminiſſe. Cæterùm ut pateat id clariùs quod autor in prima parte propoſiti textus uoluit, imaginetur in globo terreſtri, qui centraliter uniuerſo ſubiectus eſt, circulus maximus, à quo globus ipſe terreſtris ab ortu in occaſum, in duo æqualia, ut uult autor & rectè, diuidat: hic circulus melioris intellectus gratia, appelletur æquator terreſtris. Eſto gratia exempli, g k r i colurus æquinoctiorum, ſeu horizon in ſphæra recta cœleſtis, z m p x, terreſtris horizon, ei directè ſuppoſitus, t a k æquator cœleſtis, x a m terreſtris, g polus cœleſtis arcticus, z terreſtris, o p & n n, poli antarctici, tropici duo terreſtres, u n, h c, & duo coluri z a n n, z x p m, unà cum duobus arcticis, c d & p o, atque adeò æquatore x a m terreſtri. Intelligantur, ut dictum eſt ſuprà, ſubeſſe cœleſtibus, cùm maioribus tum minoribus circulis imaginarijs. Globus porrò terrenus duobus circulis (quorum alter z x y m, tranſit per polos terreſtres, z, nn, ac ſecat eolurum ſolſtitiorum z a nn, in prænominatis polis ad angulos rectos, & alter eſt æquator terreſtris x a m) diuidi intelligatur, ut uult textus, in quatuor quartas, quarum duæ, altera ſcilicet ab æquatore uerſus polum ſeptentrionalem, ut eſt x z m a, altera autem uerſus polum meridionalem, nempe x nn m a, ſunt noſtro uiſui apparentes ſupra horizontem, oppoſitæ uerò imaginētur ſub

eodem



eodem nobis disparere. Hanc quartam septentrionalem autor ait, non totam esse habitabilem, partim ob frigus maximum, partim ob calorem exuberantem. Autor noster sequutus est ueterum tam poetarum quàm Philosophorum ac Cosmographorum opiniones, de terreni globi partibus habitabilibus, qui ut sapientiores, noluerunt de rebus incognitis pronunciare quid cognitum. Quare ubiq; suis in scriptis ex quinque terræ regionibus, tropicis & arcticis distinctis ac circu scriptis, tantum duas habitab.les fecerunt, sicuti uidere est apud Nasonem, libro primo Transformationum:

Vtq; due dextra coelum, totidemq; sinistra
Parte secant zone, quinta est ardentior illis.
Sic onus inclusum numero distinxit eodem,
Cura Dei, totidemq; plage tellure premuntur.
Quarum que media est, non est habitabilis estu,
Nix tegit alta duas. totidem inter utranq; locauit,
Temperiemq; dedit, mixta cum frigore flamma, &c.

Porrò

Porrò Virgilius primò Georg. sic canit:

Idcirco certis dimensum partibus orbem,
Per duodena regit mundi Sol aureus astra.
Quinq; tenent zonæ cœlum, quarum una corusco
Semper Sole rubens, & torrida semper ab igni est.
Quam circum extremæ dextra leuaq; trahuntur
Cærulea glacie concretæ, & imbribus atræ.
Has inter, mediamq;, duæ mortalibus ægris
Munere concessæ diuûm, &c.

Item Tibullus lib. 4. Elegia prima:

Et quinq; in partes totus disponitur orbis
Atq; duæ gelido uastantur frigore semper,
Ast media est Phœbi semper subiecta calori, &c.

Ab hac sententia non abhorrent philosophi. Nam Plinius naturalis historiæ lib. 2. cap. 68 ait: Nam cum sint eius quinq; partes, quas uocant zonas, infesto frigore, & æterno gelu premitur omne, quidquid est subiectum duabus extremis utrinq; circa uertices, hunc qui Septentrio uocatur, eumq; qui aduersus illi austrinus appellatur. Perpetua caligo utrobiq;, & alieno molliorum syderum aspectu, maligna ac pruina tantùm albicans lux. Media uerò terrarum, qua Solis orbita est, exusta flammis & cremata. Circà duæ tantùm inter exustam & rigentes temperãtur, &c. Item Tullius, de Republica, inquit: Cernis eandem terram quasi quibusdam redimitam & circundatam cingulis, è quibus duos maximè, & inter se diuersos, & cœli uerticibus ipsis ex utraq; parte subnixos, obriguisse pruina, uides. Medium autem illum, & maximum Solis ardore torreri, &c. Reliqua Tullij uerba de hac re consultò ne sim prolixior iusto, omittam.

Ex his dubio procul manifesta est autoris mens, qui sanè noluit quidquam adserere, quod ei non probè cognitum foret ex ueterum autorum sententia ac opinione. Qualis nunc temporis terræ habitabilis sit facies, & quę ac quot zonę ex illis quinq; sint habitabiles, id nunc ex nauigationibus Ferdinandi Magellani, Ferdinandi Cortesij, Americi Vesputij, Aloysij Cadamusti, ac aliorum uirorum, qui (cùm Carolus Quintus unà cum Ferdinando Imp. Romanorum potentissimo, potiebatur rerum) summa uitæ pericula, ut ignota hactenus, nota suis posteris relinquerent, adire non ueriti sunt, probè, bone lector, cognoscere poteris. Iam redeo ad autoris uerba, qui postquam explicauit quibus circulis globus terrenus in quatuor dirimatur quartas, dicit.

Intelligatur igitur una linea, æquidistans ab æquinoctiali, diuidens partes quartę inhabitabilis propter calorem à partibus habitabilibus, quę sunt uersus Septentrionē, intelligatur etiam alia linea, æquidistans à polo arctico, diuidens partes quartæ inhabitabiles propter frigus, à partibus habitabilibus, quæ sunt uersus æquinoctialem. Inter istas etiã duas lineas extremas, intelligantur sex lineæ parallelæ æquinoctiali, quæ cum duabus prioribus diuidunt partem totalem quartæ habitabilem in septem portiones, quæ dicuntur septem climata.

Per hanc lineam æquidistantem seu parallelam, discernere uult partem habitabilem ab inhabitabili ob nimium calorem. Rursus iubet aliam intelligi lineã æquidistantem à polo arctico, hac linea discernit partem habitabilem ab inhabitabili ob frigus intolerabile. Inter has lineas duas, quidquid spacij est sex alijs diuiditur

uiditur lineis differenter distantibus, ut posteriùs uidebitur. Hæ sex lineæ simul cum prioribus duobus, diuidunt temperatam seu habitabilem terræ partem in septem climata. Hæc ut clarius appareant, subijcere placuit figuram sequētem, in qua sit a polus arcticus, m antarcticus, g l f & a f m g duo circuli dirimentes globum terrestrem in partes suprà commemoratas. Lineæ quarum autor meminit numeris & nominibus suis signatæ sunt.



Dicitur autem Clima certum spacium terræ habitabilis & temperatæ, inter cuius principium uersus æquinoctialem, & finem uersus polum, prolixioris diei uel noctis quantitas per mediam horam uariatur. Vel Clima est spacium terræ, inter duos parallelos comprehensum, in quo per dimidiam horã accidit uariatio diei longissimi, idem namque dies æstiuus aliquantus, qui est in una regione, sensibiliter est minor in regione propinquiore Austro. Spacium igitur tantum, quan-

tum incipit diës maximus ſenſibiliter uariari, dicitur Clima: nec obſeruatum eſt idem horologium, neque totidem horæ talis diei, in principio & fine huius ſpacij.

Medium igitur primi climatis eſt, ubi maximi diei prolixitas eſt, 13 horarum, & eleuatur polus mundi ſupra circulum hemiſphærij 16 gradibus & duabus tertijs unius, & dicitur Clima dia Meroes. Initium uerò eius eſt, ubi diei maioris prolixitas eſt 12 horarum, & dimidiæ & quartæ unius horæ, & eleuatur polus ſupra horizontem gradibus 12 & dimidio, & quarta unius gradus. Et extenditur eius latitudo uſq; ad locum, ubi longitudo prolixioris diei eſt 13 horarum & quartæ unius, & eleuatur polus 20 gradibus & dimidio, quod ſpacium terræ eſt 440 milliariorum.

Medium autem ſecundi climatis eſt, ubi maximus dies eſt 13 horarum & dimidiæ, & eleuatio poli ſupra horizontem 24 graduum, & quartæ partis unius gradus. Et dicitur clima dia Syenes. Latitudo uerò eius eſt ex termino primi climatis, uſque ad locum, ubi fit dies prolixior 13 horarum & dimidiæ & quartæ partis unius horę, & eleuatur polus 27 gradibus & dimidio, & ſpaciũ terræ eſt 440 milliariorum.

Medium tertij climatis eſt, ubi fit longitudo prolixioris diei 14 horarum, & eleuatio poli ſupra horizontem 30 graduum, & dimidij & quartæ unius partis. Et dicitur clima dia Alexandrias. Latitudo eius eſt ex termino ſecundi climatis, uſque ubi prolixior dies eſt 14 horarum, & quartæ unius, & altitud poli 33 graduũ & duarum tertiarum, quod ſpacium terræ eſt 350 milliariorum.

Medium quidem quarti climatis eſt, ubi maioris diei prolixitas eſt, 14 horarum & dimidiæ, & poli altitudo 36. graduum & duarũ quintarum, & dicitur dia Rhodu. Latitudo uerò eius eſt ex termino tertij climatis uſque ubi prolixitas maioris diei eſt 14 horarum & dimidię, & quartæ partis unius eleuatio autem poli 39 graduũ, quod ſpacium terræ eſt 300 milliariorum.

Medium quinti climatis eſt, ubi maior dies eſt 15 horarum, & eleuatio poli 41 gradus, & tertiæ unius, & dicitur clima dia Romes. Latitudo uero eius eſt ex termino quarti climatis, uſque ubi prolixitas diei ſit 15 horarum, & quartæ unius, & eleuatio axis 43 graduũ & dimidij, quod ſpacium terræ eſt 255 milliariorum.

q Verius per medium pontum Euxinũ, Nam Boriſthenis oſtia eleuationẽ maiorem habẽt.

Medium ſexti climatis eſt, ubi prolixior dies eſt, 15 horarum & dimidiæ, & eleuatur polus ſupra horizontem 45 gradibus, & duabus quintis unius. Et dicitur clima dia Boriſthenis. q Cuius latitudo eſt, ex termino quinti climatis, uſque ubi longitudo diei prolixioris eſt, 15 ho-

15. horarum & dimidiæ, & quartæ unius, & axis eleuatio, 47 gradu-
um, & quartæ unius, quæ distantia terræ est, 212 milliariorum.

Medium autem septimi climatis est, ubi maior prolixitas diei est, 16
horarum, & eleuatio poli supra horizõtem, 48 graduum & duarum
tertiarum. q Et dicitur clima dia Ripheon. Latitudo uerò eius est ex
termino sexti climatis, usque ubi maxima dies est, 16 horarũ, & quartę
unius, & eleuatur polus mundi supra horizontem, 50. gradibus & di
midio, quod spacium terræ est, 185 milliariorum.

q Verius per Boristhenis ostia, Nã Riphei mõtes cingentes Sarmatiam à parte septẽtrionis habent eleuationem poli, 57 graduũ.

Vltra autem huius septimi climatis terminum, licet plures sint in-
sulæ, & hominum habitationes, quicquid tamen sit, quoniam paruæ
est habitationis, sub climate non computatur. Omnis itaq; inter termi
num initialem climatum, & finalem eorundẽ diuersitas, est trium ho-
rarum & dimidiæ, & ex eleuatione poli supra horizontem 38 gradu-
um. Sic igitur patet uniuscuiusque climatis latitudo, à principio ipsi-
us uersus æquinoctialem, usque ad finem eiusdem uersus polum arcti-
cum, & quod primi climatis latitudo est maior latitudine secundi, &
sic deinceps. Longitudo autem climatis, potest appellari linea ducta
ab oriente in occidentem, æquidistans æquinoctiali. Vnde longitudo
primi climatis est maior longitudine secũdi, & sic deinceps, quod con
tingit propter angustiam sphæræ.

Adducit autor ad clariorem rei intellectum, duas climatis definitiones, in ha-
rum prima ostendit, quò cùm principium tum finis climatis protendatur, prin-
cipium uidelicet uersus æquatorem, finis autem polum uersus. Altera autem,
ut est breuis, ita est quoque dilucida, & ferè nihil differentiæ habens ab alte-
ra parte prioris, siquidem in ea confirmet, clima esse spacium comprehensum
inter duos parallelos, quo spacio uarietur longitudo diei longissimi per dimi-
diam horam. Sunt itaq; climata nihil aliud, quàm orbicularia & telluris & æquę
uel amborum simul interualla, quorum alterum ab altero distat maximarũ die-
rum per dimidiam horam incrementum. Latinè dici possunt tractus aut plagę.
Horum climatum ponuntur ab autore septem tantùm, quibus indidit nomina
à locis per quę media eorum transeunt. Primum clima dicitur dia Meroes, Me
roë enim ciuitas est eiusdem nominis. Insula in Africa, quam efficit Nilus. flu-
uius in orbe terrarum clarissimus. Secundum clima dicitur dia Syenes, siqui-
dem eius medium transit per Syenem ciuitatem Aegypti. Tertij climatis me-
dium intelligitur per Alexandriam. Quarti porrò climatis mediũ transire ima-
ginatur per Rhodum insulam in mediterraneo mari celebertimã. Quinti per
Romam. Sexti deinde climatis medium per Boristhenem Scythiæ fluuium,
qui exit in Ponticum mare. Septimum uerò clima traijcitur per Rhypheos Scy-
thię montes. Quod ueteres Geographi septenaria climatum diuisione conten
ti fuerunt, id non ab re factum esse cogites, quod equidem nõ aliam ob causam
factum est, quàm quod maxima pars terrestris & habitabilis orbis, quę circa æ-
quatorem cùm uersus Austrum, tum uersus polum arcticum à circulo arctico
extensa, ueteribus Geographis ignota fuerit. Quod etiam manifestum est uel
ex tabulis Ioannis de Regiomonte, & aliorum quarũ nullæ ultra sexaginta gra

Veteres Geographi cur 7 tantùm climata posuerunt.

dus extenſæ inueniuntur. Quodulã deinde prædictorum climatũm, diuiſum extat per autorem, iuxta ſententiã priſcorum autorum, in tria ſcilicet principium, medium & finem, iuxta tres paralleloa, quorum unua ducitur ab occidente in orientem per principium climatis, alter per medium climatis tranſit clarus & inſignis, ut uiſum eſt ſuprà, aliquo nomine inſulæ, urbis, fluminis & montis, tertius tendit per finem climatis, ſequentisq́; climatis principium eſt. Dies à principio climatis uſq; ad medium augeri aſſerit, in unguem quindecim minutis, & à medio ad finem uſq; totidem. Porrò climatum interualla, ut apparet ex figura præmiſſa, non ſunt ſimilia in menſura Geometrica, ſiue fiat per ſtadia ſiue per miliaria, neque poli eleuationes ſunt ſimiles. Nam qui habitant ſub æquatore, illis tam nox quàm dies ſemper eſt 12 horarum: cùm uerò diſceditur ab æquatore, ſiue in auſtrum ſiue in ſeptentrionem, eleuationes poli & dies uariantur, & quò magis ad polum fit receſsio, eò magis anguli, qui fiunt cum æquatore & horizonte, diuaricantur, collati inuicem, & hoc in tempore æqualiter ſumpto. Hoc fit inde, quod poli eleuationes non ſint eædem, neq; ſpacia climatum eadem, quamuis incrementum horarum in omnibus climatib. idem maneat, nempe dimidiæ horæ. Hinc colligitur facilè, unde ueniat, quod climata polo propiora ſint ſtrictiora illis, quæ ſint remotiora: quòd fieri nequaquam poſsit, ſi dimidiæ horæ propiores polo, haberẽt æquales in horizonte angulos, & æquales poli eleuationes cum illis, quæ æquatori propinquæ ſunt, quod in ſphæra materiali clarum eſt.

Ex his patet iam, climata non habere eandem latitudinem, nẽpe ea quæ ſunt æquinoctiali propinquiora, eſſe latiora, anguſtiora uerò quæ ab eodem æquinoctial. ſunt remotiora. Et ut climatum principium, medium & finis, diſcentibus ſint notiora, ſubijcere uiſum eſt tabellam ſequentem, in qua primo intuitu omnia clara ſunt.

	Princip.		Medium		Finis		Principiũ		Medium		Finis.	
	Hor.	Min.	Hor.	Min.	Hor.	Min.	Gr.	Min.	Gr.	Min.	Gr.	Min.
1	12	45	13	0	13	15	12	45	16	40	20	30
2	13	15	13	30	13	45	20	30	24	15	27	30
3	13	45	14	30	14	45	27	30	30	45	33	40
4	14	15	14	30	14	45	33	40	36	24	39	00
5	14	45	15	00	15	15	39	00	41	30	43	30
6	15	15	15	30	15	45	43	30	45	40	47	15
7	15	35	16	00	16	15	47	15	48	40	50	30


Diſtantia horaria: *poli eleuatio:*

Ex hac tabula, ut eius uſus uideatur, primò climatum interualla eſſe diſsimilia facilè addiſcitur. Nam ſi dempſeris gradus & minuta eleuationis poli, ad principium primi climatis ab eleuatione eius in fine: tunc habebis interuallum tam in gradibus quàm in minutis, 7 grad. 45 min. Si itaque unicuiq; gradui & min. attribueris 56 milliaria & duas tertias, hoc eſt, 40 min. habebis ſpacium primi climatis à principio uſq; ad finem, 440 ferè milliaria, quæ in Germania communia redacta, colligentur 116 ferè.

Iam deinceps ſi conſideraueris latitudinem ſecundi cimatis, reperies quod ſit tantùm 7 graduum, tertij 6 grad. 10 min. quarti, 5 grad. 20 min. quinti, 4 grad, 30 min. ſexti, 3 grad. 45 min. ſeptimi, 3 grad. 15 min. Ex his igitur palã eſt, quod propiora

piora climata æquinoctiali, laxiora sint remotioribus, & diei maximi quantitatem multò sensibiliorem esse illis, qui remotiores sunt ab æquatore quàm propioribus, uti dictum est suprà.

Insuper quemadmodum ex data altitudine poli, diei quantitas in notitiam uenit: ita rursus ex data diei certa quantitate, poli altitudo inuestigatur. Et ut discentibus pateat, quomodo autor cùm ad principia, tum ad media, tum etiam ad finem climatum altitudinem poli cognouerit id deinceps demonstrare & numeris & figura decenti placet. Esto igitur h n m horizon obliquus, l g b d Meridianus circulus, k g a æquator, k e a Zodiacus, d e circulus parallelus æqua-



tor seu tropicus Cancri, quia placet per diem longissimum agere, b h e circulus horarius, cadens ex polo septentrionali b, per h, sectionem æquatoris & horizontis, b q p colurus solsticiorum, e principium Cancri k Arietis, a Libræ, b polus septentrionalis, p meridionalis, c polus horizontis, q h arcus differentiæ inter diem aliquem propositum maximum quicunque is sit, & diem æquinoctialem, qui (uti dictum est aliàs) perpetuò est 12 horarum, q g eius complementum, q e maxima solis declinatio, 23 grad. 30 min. complementum uerò e b, 66 grad. 30. minut. & sinus ipse 55 part. 1 min. 25 sec. b n est eleuatio poli quærenda. Esto pro exemplo, principium quinti climatis, ubi dies maximus est 14 Hor. 45 min. Distantia horaria ex dictis omnium climatum est eadem. Discrimē autem inter diem maximum huius propositi climatis, & diem æquinoctialem, est 2 Hor. 45 m̄. huius media pars in temporis partes redacta est 20 grad. 37 m̄. cuiusmodi est arcus h q complementum eius q g, erit 69 grad. 23 m̄. & sinus qui subtenditur arcui illi est 55. 9 26. Nunc intelligantur duo trianguli sphærici rectanguli, b q g & b e n: per doctrinam igitur triangulorum sphæricorum, & proportionem sinus b q ad sinum q g, ac proportionem sinus b e ad e n, sinus e n inuen-

tus eſt, 51 part. 29 m̃ 58 ſec. arcus autem eius, 59 gr. 7 m̃. e n, cuius complementum e h, ortiua ſcilicet latitudo, eſt 30 gr. 53 m̃. pro futura poli altitudine. Intelligantur rurſus duo trianguli ſphærici rectanguli, h e q, & h n g, ſinus arcus h e, offertur ex tabulis: 30 part. 47 m̃. 51 ſec. & e q: 23 part. 55 m̃. 30 ſec. h e n eſt ſinus totus, ſcilicet 60 part. Per regulam itaq; proportionum, elicitur ſinus arcus g n. 46 part. 36 m̃. 29 ſec. & arcus ipſe, 50 gr. 58 m̃. quo arcu ſublato à 90 gr. relinquetur arcus n b, 39 grad. 2 m̃. eleuatio, nimirum poli quæſita.

Porrò ex differentia ſeu diſtantia horaria, inter diem maximum ſeptimi climatis, & diem æquinoctialem, per rationem iam demonſtratam inuenitur poli eleuatio ſeptimi climatis, 47 gr. 15 m̃. Si igitur contuleris harum duarum eleuationum differentiam, cùm quibuslibet duabus proximè præcedentibus: reperies magnum diſcrimen, quod hîc oſtendere libuit. De reliquis parallelis eſt idem iudicium.

Et antequam ad aliá uertatur ſtilus, uiſum eſt, dum in caſtigationis diei quãtitatis ſuprà facta eſt mentio, etiam uerſa uice, ex præcedente figura oſtendere conuenit, ne quid deſideretur à diſcentibus, uiam inueſtigandi diei quantitatem, quæcunq; illa ſit, data poli eleuatione. Quod ut eſt iucundum, ita quoque utilitatis habet non parum. Eñ exempli gratia, iubeor cognoſcere diei quantitatem ad diem decimumquartum Iunij, anno 1519. quo die intra horam ſecundam, & tertiam pomeridianam, natus eſt Ferdinandus Archidux Auſtriæ illuſtriſsimus, D. Ferdinandi Imp. Romanorum potentiſsimi, filius. Et hoc ad meridianum Viennenſem Auſtriæ, ubi extollitur polus ſeptentrionalis ſupra horizontem, 48 gr. 22 m̃. Primùm itaq; quæſiui ortiuam latitudinem e h. Die namq; commemoraro fuit Sol in grad. 2. m̃. 8. Cancri, ad quem gradum declinatio ſolis erat, 23 gr. 26 m̃. 53 ſec. complementumq; poli eleuationis, ſcilicet arcus n g, 41 gr 38 m̃. ſinus horum arcuum, nempe ipſius q e, 23 part. 52 m̃. 37 ſec. & n g 39. 51. 42, ſinus totus n e h, ut aliàs ſemper, 60 part. Ordo numerorum ut ſequitur in prima operatione ſit, 39. 51. 42|60|23. 52. 25| hinc productum, ſcilicet ſinus arcus h e, offertur 35. 56. 23. arcus uerò, 36 gr. 48 m̃. 0 ſec. Complementum huius inuenti, ut eſt arcus, e n, oblatum eſt, 53 gr. 12 m̃. 0 ſec. ſinusq; eius: 48. 2. 38, ſinus autem complementi b e, complementi ſcilicet declinationis puncti dati, inuentus eſt: 55. 2. 40, ſiquidem arcus ipſe fuit, 66 gr. 33 m̃. 7 ſec. Opere igitur ritè confecto, prodierunt pro ſinu arcus g q: 52. 22. 9, arcuq; ipſo 60 gr. 47 m̃. 0 ſec. Arcus igitur q b, erit 29 gr. 13 m̃. differentia ſcilicet, aſcenſionalis quæ quærebatur. Et cum Sol ad tempus datum fuerit in ſignis ſeptentrionalibus, inuenta differentia arcui t b, nonaginta uidelicet, gradibus addenda fuit, quo facto, arcus ſemidiurnus ſe obtulit 119 gr. 13 m̃. quibus duplicatis & in tempus redactis, pręſtò fuerunt 15 hor. 52 m̃. pro quantitate diei temporis quæſiti. Ex his facilè, ſine dubio, quiſq; poterit colligere, utcunq; ſatis eſſe factum ſententiæ autoris.

Cæterum cum in conſcribendis compendrijs non omnia, ut dici uulgò ſolet, in una olla concoqui queant: neceſsitas poſtulare uidetur, aliquid amplius de climatibus. & parallelis adijcere. Poteſt etiam & ineptè, maior climatum numerus aſsignari, maximè cum nunc temporis longè amplior ſit terræ habitabilis cognitio, quàm olim tam uerſùs ſeptentrionem quàm meridiem. Poſſumus ergò non ſine Mathematica ratione probabili præfatam & climatum & parallelorum diuiſionem, à circulo æquinoctiali uerſus utrumq; polorum extendere, ob cauſam dictam, uſq; ad eum locum, ubi ſemel in anno dies naturalis ſine noctis obſcuritate mortalibus luceſcit. Erunt itaq; ab æquatore circulo ad eum uſq; locum, ubi dies maximus eſt 24 hor. ſecundum priorem horariæ diſtantiæ diſtributionem, uigintiquatuor climatã, & 48 paralleli, ſiquidem per ſingula horarum quartalia parallelorum conſtituatur imaginatio. Licet paulò

anté

antè demonſtratum ſit, quo modo ex data diei maximi quantitate ſupra diem æquinoctialem, poli eleuatio ſit uenanda: tamen hæc parallelorum & climatum diſtributio, ultra quę adhuc ſine dubio ſunt terræ habitabiles, requirit, ut etiam (quò ſequentis tabulæ plenior exter intellectus) fiat demonſtratio, inueſtigationis polaris altitudinis, ubi dies æſtiuus ſua quantitate uincit diem maximum naturalem. Alibi commemoratum eſt, quod quando altitudo poli, exceſſerit complementum maximæ ſolis declinationis: tunc relinqui arcum quendam zodiaci, qui nunquam deprimatur ſub horizontem obliquum, ac diei naturalis continuationem fore ſecundum tempus, quo Sol gradietur in illo arcu ſuo motu uero, eiq́ꝫ ferè æquipollere noctem in oppoſito arcu. Et ex quo in plano demonſtrari non facilè poteſt, talis arcus duratio ſupra horizontem: rurſus remitto diſcentes ad ſphæram materialem, in qua citra omne dubium primo intuitu ſolerter uerſa ſphæra, quæq́ꝫ obuia erunt. Si placuerit igitur cognoſcere polarem altitudinem, alibi quàm ubi totus dies naturalis ſemel in anno ſine nocte relucet: uertas, primum tempus continuatæ lucis, quodcunq́ꝫ illud ſit, in arcum eclypticæ, & id per diurnum ac horarium ipſius ſolis motum. Habito eiuſmodi arcu, diuidas eum in duas partes æquales: quo facto, intres cum complemento alterutrius partis, lateraliter in tabulam declinationis ſolis, capiasq́ꝫ declinationem ſolis ab æquatoris puncto, definientis complementum dimidij arcus, quam poſtquam ſubtraxeris à nonaginta gradibus, offeretur tibi id quod quærebas. Eſto uerbi gratia, continuatio lucis abſq́ꝫ nocte, ex præceptis ſuprà ſuo loco propoſitis, 140 dierum: huius medietas offertur 70. Iſti dies retrò numerando, terminantur 5 die Aprilis, è regione eius in ephimeridibus pro anno 1529 (quo natus eſt Archidux Auſtriæ D. Ferdinandus, D. Ferdinandi Imp. Romanorum potentiſsimi filius) ponuntur 25 grad. 12 m̄. Ab hoc loco uſq́ꝫ ad diē 21 Auguſti, ubi terminatur altera medietas, quo die Sol eſt in 7 grad. 11 m̄. numerantur in Zodiaco pro uero ſolis, 133 gr. 59 m̄. dimidium horum graduum ſunt 66 gr. 59 m̄. 30 ſec. deſunt ad quartam, 23 gr. 1 m̄. Horum declinatio eſt, 8 gr. 57 m̄. 46 ſec. His ſublatis à 90 gr. reſiduabuntur pro polari eleuatione eius loci, in quo continuatur lux ſine nocte, 140 dies 81 gr. 2 m̄. 14 ſec. Ad hunc modum etiam reliquorum dierum polares eleuationes ad noticiā productæ ſunt.

Atqui dum ex cauſa commemorata, ſuprà harum etiam eleuationum polarium facta eſt mentio, hoc etiam ſciendum arbitror non iniucundum fore, nempe quod talium habitatorum orbis terrarum, ortus & occaſus ſolis, quemadmodum alibi obiter ſolum aliquid in medium prolatum eſt, multò aliter ſe habent quam apud nos. Quoniam cum ortus tum occaſus illorum ſolis contingit, ubi horizon & meridianus noſter ſeſe ſecant, hoc eſt, in puncto ſeptentrionali, ſicuti uidere eſt uertenti ſphæram materialem, ſub huiuſmodi eleuationibus polaribus.

TABVLA POLARIVM ALTITVDINVM SINGVLORVM PARALLELORVM, PRO


quantitate maximorum dierum artificialium cognoſcenda.

paralleli.	Vera climatũ diuiſio.	climata communia.	Dies artificiales maximi.		Altitudo poli.		paralleli.		Dies artificiales maximi.		Altitudo poli.		paralleli.	Dies naturales abſq; nocte		Altitudo poli.		
			H.	M.	G.	M.			G.	M.	G.	M.		D.	H.	G.	M.	S.
0			12	0	0	0	24		18	0	58	26	47	1	0	66	30	0
1	1		12	15	4	21	25	13	18	15	59	15	49	5	0	66	31	20
2			12	30	8	36	26		18	30	59	59	50	10	0	66	35	10
3	2		12	45	12	46	27	14	18	45	60	39	51	15	0	66	42	13
4		1	13	0	16	41	28		19	0	61	16	52	20	0	66	51	32
5	5		13	15	20	30	29	15	19	15	61	51	53	30	0	67	16	0
6		2	13	30	24	10	30		19	30	62	23	54	40	0	67	51	2
7	4		13	45	27	34	31	16	19	45	62	53	55	50	0	68	36	41
8		3	14	0	30	46	32		20	0	63	20	56	60	0	69	28	36
9	5		14	15	33	44	33	17	20	15	63	45	57	70	0	70	31	59
10		4	14	30	36	29	34		20	30	64	8	58	80	0	71	42	30
11	6		14	45	39	3	35	18	20	45	64	29	59	90	0	73	1	43
12		5	15	0	41	21	36		21	0	64	48	60	100	0	74	24	49
13	7		15	15	43	30	37	19	21	15	65	5	61	110	0	75	56	48
14		6	15	30	45	29	38		21	30	65	20	62	120	0	77	34	36
15	8		15	45	47	19	39	20	[illegible]	45	65	34	63	130	0	79	15	36
16		7	16	0	48	59	40		22	0	65	46	46	140	0	81	2	14
17	9		16	15	50	32	41	21	22	15	65	56	65	150	0	82	53	44
18			16	30	51	57	42		22	30	66	5	66	160	0	84	45	0
19	10		16	45	53	15	43	22	22	45	66	13	67	170	0	86	42	32
20			17	0	54	28	44		23	0	66	19	68	180	0	88	37	7
21	11		17	15	55	35	45	23	23	15	66	24		182	12	90	0	0
12			17	30	56	36	46		23	30	66	27						0
23	12		17	45	57	33	47	24	23	45	66	29						
24			18	0	58	26	48		40	0	66	30						

Hacte-

Hactenus & figuris & exemplis satis luculenter demonstratum esse puto, qua ratione ex diei quantitate præsuppofita, poli altitudines, ad quosuis climatum, tam ad principia quam ad finem siue medium eorum, parallelos, in noticiam ueniant. Iam deinceps uisum est etiam ostendere, uiam inuestigandi locorum longitudines. Latitudines enim antea docuimus uarijs rationibus inuenire: item quod milliaria itineris terrestris respondeant uni gradui maximi cuiusuis circuli cœlestis, & quo pacto datis duorum locorum longitudinibus & latitudinibus, eorum distantia uiatoria sit dicenda: postremò, quo artificio tabulæ Cosmographieę, cùm generales tum particulares, sint conficiendæ.

De locorum latitudinibus eò paucioribus agendum uidetur, quòd hactenus non semel atq; iterum, imò persæpè, de poli altitudine, atq; distantia puncti uerticalis, fecimus mentionem. Est namq; loci cuiusuis latitudo nihil aliud, quàm arcus meridiani circuli, per propositum locum transeuntis, inter æquatorem atq; parallelum eiusdem loci compręhensus, siq; talis locus distiterit ab ęquatore boream uersus, dicitur septentrionalis: sin minus, Meridionalis. Longitudo autem, cuius hactenus nihil mentionis factum est, est arcus ęquatoris, à duobus meridianis inclusus, quorum alter per extremum terræ nostrę habitabilis, ut dictum est antè, transire à Geographis imaginatur, alter uerò per locum propositum quicunq; ille sit. Ex his patet, longitudinem loci nihil esse, nisi distantiam quandam à meridiano fixo, qui inquam Meridianus fixus, per Insulas fortunatas, in fine nostræ habitabilis sitas transire, & ęquatorem secare intelligitur. Differentia porrò longitudinis, est arcus ęquatoris, comprehensus inter duos meridianos. Sit gratia exempli, a n Meridianus fixus, à quo longitudines



locorum sumunt initium, a g k ęquator, b h l & c i m duo paralleli septentrionales, & d e f a c g h i, duo meridiani mobiles ortum uersus. Sint duæ urbes, distantes ab ęquatore uersus polum septentrionalem, quarum altera sita est in puncto e, & altera in puncto i, quę differunt tam latitudine quam longitudine: siquidem alterius longitudo sit a d alterius autem a d g: & prioris latitudo d e, & posterioris g h i. Hinc uidere est, differentiam longitudinis earum esse g d, ac latitudinis e f, aut h i. Non silentio prętereundum est, inuestigationem longitudinum regionum, ciuitatum, locorum, inter reliquas difficultates Astronomicę scientiæ, non postremum tenere locum, (quidquid autem ad latitudines pertinet, id abundè est dictum suprà suo loco) unde ab artificibus ingeniosioribus, ad hoc negocium uarię excogitatæ sunt uię de quibus iam dicere animus est. &

Vestigatio longitudinis locorum per eclypses.

primò quomodo hoc per eclypses fiat. Obseruandum inquam est principium alicuius eclypsis, in oppido cuius longitudo tibi ignota fuerit. Deinde habeas ephemerides ad certum quendam meridianum solerter calculatas, è quibus cognoscas dimidiam eclypsis durationem. Hac cognita, eius principium tali uenaberis uia, s. ab eclypsia tempore, dematur dicta dimidia duratio, residuū tempus principij eclypsis ostendet: eadem duratio dimidia, mediæ eclypsis tempori addita, productum finem eiusdem eclypsia ostendet: duplicata autem illa, totius eclypsis durationem, à principio ad finem usque tibi manifestabit. Hoc adhibitis conuenientibus rotatis horologiorum instrumētis, per duos aut plures Astronomos, habitantes in locis diuersis à meridiano fixo uersus ortum, si mutua opera sese iuuarent, magna cum utilitate & facilitate definiri posset.


Vt prædicta manifestiora fiant, ea exēplo ostēdere uisum est. En Iohānes Schonerus Astronomus clarissimus, calculauit tabulam meridianorum differentiarum, prouinciarum, regionum, ac ciuitatum Europæ, ad meridianum Norinbergensem, qui inquam meridianus abest à meridiano fixo, 34 gr. 40 m̄. Nunc cupio scire, qua hora Friburgi Brisgoiæ, anno 1532. principium eclypsis solaris ab eodem calculatæ, quæ fuit die 30, hor. 0 m̄. 14 ad Norinbergensem meridianum apparuerit. Fuit namque nouilunium eclypticū uerū, die 30 Augusti, hora 1, m̄. 9, à meridie computatis: uisibile autem antecedebat uerum, quod accidit hor. 0, min. 58, & cum dimidia eius duratio fuerit 46 m̄. erit secundum regulam suprà propositam, tempus principij eclypsis (ut dictum est paulò antè) die 30. hor. 0, m̄. 14. Longitudo Friburgēsis, est 29 gr. 0 m̄ Igitur meridianorum differentia est, 5 gr. 40 m̄. ut est g d præscriptæ figuræ. Hac differentia in tempora æquinoctialia resoluta, offeruntur 22 m̄. cū litera s, denotante subtractionē à tempore principij eclypsis. Quare cum Friburgum magis sit uersus occasum quàm Norinbergum, adparuit Friburgi die 29 hor. 23 m̄. 52.

Cæterùm hoc non est silentio prætereundum, quod uidelicet optē unà cum Reinholdo, uiro laborum indefatigabili, ante annos non multos ornamentum magnum Scholæ Witenbergensis, ut Geographicum studium hoc nostro sæculo aliàs excultissimo, non obiter tantùm, sed uera ac iusta diligentia tandem coleretur, quod meo uidere tum aptè fieret, si artifices plures in diuersis Europæ partibus, regionibus & locis lunares defectus, qui pro hoc negocio solaribus iudicantur aptiores, obseruarent, mutuasque sibi operas sicut sine dubio à ueteribus Astronomis factum est, communicarent, hisque laboribus nostrorū principum liberalitas nō deesset. Si est aliquod studium, quo principum animi magni adelectationibus capiuntur, est dubio procul ipsa Geographia. Contuli equidem cùm hæc scriberem, multorum Geographorum tabulas, continētes & latitudines, & longitudines, optimorum nimirum: quantum autem uiderim diuersitatem inprimis in ipsis longitudinibus (in latitudinibus est tolerabilior) non satis neque dicere neque admirari possum. Ni foret odiosum, inque reprehensionem apud bonos uiros incurrerem, in medium ea proferre uellem, quæ hactenus aut nō uisa aut dissimulata sunt. Volo igitur adhortatos harum artium fautores, ut rem (quæ est certè maxima, si modò uelint superiorum motuum habere certiorem cognitionem) melius atque adeò diligēntius perpendāt, mutuasque porrigant operas, quoad Geographicum studium, suū pristinum nitorē nanciscatur, quod quantū iudicare pro mea tenuitate possum, prorsus collapsum est.

Baculi descriptio quo longitudines locorū capiuntur.

Nunc redeo ad alterum modum inuestigandi longitudines locorum, qui fit per baculum Astronomicum, ex motu lunæ uero & stellarum fixarum. Huius baculi structuram, priusquam rei caput adgrediatur, docere uisum est, idque breuiter quoad fieri potest. Describatur igitur pro certiori baculi dicti præparatione, semicirculus a b c, ex centro e, cuius semidiameter sit e b, qui in longitudine

sit



sit, si poterit haberi tam latum, planum 4 aut quinque pedum aut plurium. Hoc descripto, præparetur baculus quadrilaterus ex ligno & solido & durissimo, aut metallo, grossitudine digiti, qui sua quantitate nō excedat semidiametrum e b, deinde capiantur à puncto e, in diametro a e c, quaquā uersum duo puncta, ad latum palmi, quę sint o n. Postmodum ducantur ex dictis punctis duæ lineæ, quæ sint o r & n s, parallelę ipsi b e. Ductis his lineis dispescatur utercp quadrantis, b c & b a, in 90 grad. seu partes æquales. Eiusmodi partitió postquam peracta fuerit, ducantur ad has aut quinas, aut denas diuisiones, ex centro e, lineæ occultæ, postea ponatur regula in quælibet bina puncta sibi correspondentia, in lineis o r & n s, & ubi secuerit regula lineam e b, fiant signa seu notę. Hę notę ostendūtur lineis transuersalibus, r s, g f, m q, e y, d t, u x, in prędicta linea. Numeri, perfecto baculo, ad longitudinem e b, à b uersus e, decenter addendi sunt, sicuti patet in prępmissa figura. Postremò tabula uersatilis, secūdum longitudinem lineę o n, quę sursum deorsumcp iuxta rei exigentiam facilé moueri queat, quę addenda est hoc artificio: nempe fiat in medio illius tabulę foramen seu rimula in qua idem baculus ad angulos rectos moueri, quando necessitas postulauerit, possit. Sunt plures huius baculi descriptiones & breuiores & longiores, quas cùm hanc sciā huic negocio satisfacere, omittere consultò uisum est. Nūc usus huius baculi proponendus est. Quando igitur uolueris operari primùm omniū habeas stellas insigniores fixas, ad annum tuum uerificatas. quomodo autem uerificentur, id ex tabulis nostris, quę habentur in cōmentarijs in Theoricas Burbachij, aut tabulis resolutis Ioannis Schoneri Mathematici clariss. quę omnes ad idem collimant, discere datur, huius rei sit tale exemplum. Ad annum 1569. & diem secundum Augusti. Inuentus est motus augium stellarum fixarum seu nonę sphęrę, o sig. 11 grad. 31 m̄. 44 sec. & octauę, seu accessus, & recessus, 2 sig. 19 grad. 51 m̄. 1 sec. ęquatio uerò, 8 gr. 51 m̄. 44 sec. hęc æquatio addita motui augium stellarum fixarum, prouenit aux communis o sig 20 gr. 23 m̄. 14 sec. Tempore autem Alfonsi regis Hispaniarum serenissimi, aux communis ab artificibus inuenta est ad annum 1251 & 5. mens. o sig 17 gr. 14 min. & 44. sec. Si nunc augem communem Alfonsi auferes ab auge communi anni, in exemplum propositi, relinquetur ubi quattum stellæ fixæ à tempore Alfonsi ad an-


num

num propositum usque progressæ sint, uidelicet, o sig. 3 gr. 8 m. 39 sec. hūc progres
sum, stellis fixis rectificatis ad tēpus Alfonsinum, addere oportet, & habebun-
tur rectificatæ. Deinde tibi opera danda est, ut habeas ad tempus tuę operatio-
nis ex tabulis Astronomicis, quæ ad loqum certum sint computatæ, motum lu
næ uerum secundùm longitudinem, & similiter stellæ uerificatæ: hoc autem in
primis obserues, ut accipias stellas eas, quæ sint eclypticæ perpropinquæ, ut est
cor leonis, oculus tauri, spica uirginis & huiusmodi. His ita inuentis, nempe ue
rò motu lunæ, & stellæ, aufer motum sequentis à motu præcedentis, hoc est, mi
norem à maiore, differentia inde prouenìens seorsim seruetur, hoc facto, appli
ces radium seu baculum hunc cum altera extremitate, uidelicet, ea, quæ habet
literam e, ad oculum more solito, alterum uerò oculū teneas clausum, & moue
primacidium uolubile sursum & deorsum usque dum per extremitatem alteram
uideas centrum lunæ, & per alteram centrum stellæ acceptæ in obseruationem
& statim in baculo primacidium ostendet tibi distantiam lunæ, & stellæ fixæ,
cùm in gradibus, tum in minutis. Sed hoc sedulo est notādūm ut instituatur ob
seruatio, si modò fieri potest, quando luna fuerit ab oriente in nonagesimo gra-
du, hoc sciri potest, si ambo cornua lunæ perpendiculariter stabunt in cœlo, siue
sit ante lineam meridianam siue post eam aut in eadem, & si talis situs rectè
obseruabitur, diuersitas lunæ in longitudinem nihil impedimenti afferet in hac
operatione. Distantiam igitur sic per baculū inuentā cū ea, quæ seruata est an-
tea conferas, & minorem à maiori subducas hanc ultimam differentiam quę di
uersitas aspectus dici potest: diuidito cum uero motu horario ipsius lunæ, (talis
motus uerus inuenitur, si uerus motus lunę diei obseruationis subducitur à ue
ro motu diei immediatè subsequentis, & quod remanet per 24 horas diuida-
tur) & prodibit tempus, quo luna cum stella coniungitur aut coniuncta fuerat.
Postremò, tempus in horis & minutis ita inuentis addas, aut auferas, ad meridia
num, ad quem tabulæ, ex quibus computatus est uerus motus lunæ, constitu-
tæ sunt, hoc sic intelligi debet. Nam si distantia lunæ & stellæ fixæ proposit
considerationis fuerit minor, tunc gradus, & minuta addenda erunt ad meridia
num notum, & locus considerationis erit orientalior, si uerò maior, erunt aufe-
renda à meridiano noto, & locus considerationis erit occidentalior. Est adhuc
alius modus obseruandi locorum longitudines, quem prę alijs omnibus pro-
bo, & certiorem iudico post eum, qui per Eclypses fit. Ad hunc modum inueni
endi locorum longitudines duo requiruntur, primum est, ut aliquis bene sit in-
stitutus ad supputandum ex tabulis Astronomicis uerum motum lunæ ad sin-
gulas diei horas: alterum autem est, ut præstò sit instrumētum, quod appellatur
Torquetum, cuius compositionem Ioannes de Regiomonte apud Germanos,
docuit. Cum autem omnia breuissimè, ut tum temporis erat sęculum, proposue
rit, Ioannes Schonerus, & Petrus Apianus, uter alteri in Astrorum scientia ces-
serit, non meum est iudicare: arripuerunt, doctiss. Ioannis Regiomontani, fabri
cam illamque sua excellentissima doctrina ita illustrem, & facilem reddiderunt,
ut nihil suprà his duobus rectè habitis. Et opus obseruationis est aggredien-
dum, siue id fiat in die siue in nocte, modò luna oculis obijciatur, tunc propona-
tur aliqua hora certa, & ad eam rectificetur Zodiacus in torquero, idque in die
per solem, & in nocte per aliquam stellam fixam notam in Zodiaco, aut plane
tam aliquem: hoc ita ritè rectificato, tunc regula superior simul cum crista, uti
notant, uersus lunam uertatur, & statim uerus gradus ipsius lunæ iuxta lineam
fiduciç inferioris regulæ, se aperiet. Sed hic quoque hoc in primis obseruandum
est, sicuti in præcedentibus facta est mentio, ut luna sit in nonagesimo gradu ab
oriente, aut ualde ei propinqua, sic inuento uero gradu lunæ ad horam consti-
tutam, deinde consequens est, ut per tabulas resolutas, aut alias inuestigetur ue


rus lo-

rualocus lunæ in conſequentia, uti dictum eſt paulò antè, ad horam propoſitam. His duobus conſtatis, diligenter notanda erit (facta ſubtractione minoris à maiore,) differentia, quæ diuidatur per motum lunæ uerum unius horę, quod inde prouenerit habebit eandem rationem in addendo, & ſubtrahendo, quam habet eiuſmodi productum in obſeruatione, quæ fit per baculum uiſorium.

Porrò ueteres reliquerunt nobis ad hunc alium baculum, qui æqualiter diuiditur, cuius uſus ampliſsimus eſt, in omnibus ferè dimenſionibus, ſtructura eius non eſt ſcrupuloſa, & difficilis. Fiat igitur tabula quadrata ex ligno duriſsimo, aut alia quauis materia metallica, ſiue ex cupro, ſiue aurichalco, cuius longitudo ſit duorum cubitorum, aut plurium, prout haberi poteſt, craſsitudo autem unius pollicis, ſi eſt ex ligno, & diligenter expoliatur, ita ut ubiq; ſit eiuſdem latitudinis, & craſsitudinis: qua præparata, erit etiam alia præparanda, quæ ſit aliquantulum tenuior, & longitudinis dimidiatæ prioris ferè. Hæc habeat, in medio foramen quadratum diligenter factum ut, quãdo longiori imponitur neq; ad dextram, neq; ad ſiniſtram deflectet, ſi ſurſum aut deorſum trahitur, imò ſemper conſtituat cum priore rectum angulũ. Et uocatur regula tranſuerſalis mobilis, huic deinde duo curſores perforati etiam mobiles, imponantur, cum ſuis cochleis, alter ad ſiniſtram, & alter ad dextram, conſtituentes, quomodocunq; in dextram moueantur, ſemper cum tranſuerſali tabula ſeu regula angulos rectos, ut eſt uidere in ſubiecta figura, ita conſtructo baculo, longior regula diui-



didebet in partes æquales ſecundum placitum, in 1000, 430, 1300, 4300, & hoc notandum eſt, ut tranſuerſalis regula earundem partium habeat medietatem ſub æqualibus interſticijs ſeu ſpaciolis longioris tum, ſcilicet, ſi tranſuerſalis ſimplicirer erit medietas longioris. Hic baculus priorem in hoc ſuperat, quod (propter curſorum motionũ, qui ita fieri debent, ut ſeſe in medietate longitudinalis latitudinis, tangant) etiam minimarum ſtellarum diametri capi poſſunt, quod in priori nõ æquè fit. Quando igitur opus aggreſſurus es, ſiue in dimenſione diſtantiarum ſtellarum, ſiue in deſcriptione regionum, tunc remoue ab extremitate baculi quam applicaturus es oculo, ipſam regulam tranſuerſalem, iuxta rei exigentiam, & alterum curſorẽ pone ſuper medium lineæ graduum, ſeu fiducialem, eamq; cum cochlea fige firmiter, & ſimiliter tranſuerſalem regulam cum ſua cochlea, quo facto, pone extremitatem baculi ad oculum & alterum claude: deinde curſorem reliquum admoue uel remoue à medio fixo, donec ambarum ſtellarum centra præcisè habeas, his hoc modo comprehenſis numera puncta ſiue numeros, in baculo ab extremitate, quam oculo applicaſti uerſus regulam tranſuerſalem eosq; ſerua ſeorſim, & ſimiliter numera numeros comprehenſos inter duos curſores regulæ tranſuerſalis, quos poſtea in ſeſe multiplices, & etiam ſeorſim ſeruatos, hæc duo producta conſtituent, per penultimam primi quadratum ſubtenſæ recto angulo, & radix quadrata ipſam ſubtenſam oſtẽdet. Et poſtquam radicem inueniſti, ponito eam pro primo numero, & numerum comprehenſum inter duos curſores pro ſecundo, & ſinum totum pro tertio, & operare iuxta regulæ aureæ tenorem, & eius, quod inde prouenerit, accipe arcũ ex tabula ſinuum, qui erit arcus cõprehenſus inter duas ſtellas ſi q̃ris diſtãtiam ſtellarum, & angulus poſitionis duorum locorũ, ſi operaris in deſcriptione regionum. Ex hoc arcu ea, quę dicta ſunt, facilè intelliges, c f, ſit baculus diuiſus æqualiter in ſuas partes, alter curſor fixus intelligatur eſſe in puncto d, & alter mobilis in puncto e, & e d, r a, linea cadant in f s, ad angulos rectos & altera ſtella uel luna ſit in pũcto f, & altera in puncto r. Porrò, a d, ſit diſtantia tranſuerſalis tabulæ à puncto s, ubi imaginatur eſſe oculus, & f, a, r a, ſint radij uiſuales. Exemplo res multò clarior fit quàm multis uerborũ ambagibus. Ponamus exempli gratia quod, quando duæ ſtellæ exiſtentes in punctis f & r, obſeruatę, tunc diſtiterit tabula trãſuerſalis, exiſtens in puncto d, ab oculo exiſtente in s, puncto, 190 partes, quarũ baculus totus habet 430, & curſor mobilis à curſore fixo, qui imaginatur eſſe in puncto



puncto d, 70 partes ductis partibus, d e, in se, prouenit quadratum ipsum 4900. & similiter ex s d, 36100, pro quadrato, hæc duo quadrata addita sunt, & conflatum est quadratum lateris, s e, 41000, & postquam extracta est radix eius, habuimus pro ipso latere 202. part. 59 m. 24 sec. Deinde ex propositia manifestum est, a r a, & d s e, esse rectangulos. Quare proportio s e, ad s r, est sicut e d, ad r a. Ad operandum per doctrinam triangulorum planorum, dispositi sunt numeri, ut sequitur, scilicet, 202, 59, 54|60|70| peracta operatione prodierunt pro a r, 20 par. 46 m. proximè, & arcus f r, 20 gr. 15 m Sed ut leueris assiduis multiplicationibus, diuisionibus, & radicum extractionibus, poteris tibi ad totum quadrantem tabulam componere. Non opus est, si placuerit tibi componere tabulam, ut semper diuidas baculum, in 430 partes æquales: sed poteris maiorē aut minorem numerum accipere, utcunq; tibi uisum fuerit, Hoc etiam non prętereundum est, si duę stellæ nimium ab inuicem distiterint quòd ad mediā aliquam stellam operandum sit eo modo, quo dictum est & productum duplandū Idem seruari debet in prouincijs describendis, nempe quando duorum locorum angulus positionis est inueniendus, quorum intersticium ualde magnum est, tūc quoq; signum aliquod erit accipiendum & ad illud signum, & alterum locum, quicunq; ille sit, modo præhabito, operatio est perficienda, & productū quod elaborabitur duplandum, & habebitur angulus positionis qui quærebatur. Hoc ego suadeo, quando aliquis uoluerit per hunc baculum, longitudines locorum, & urbium obseruare & cognoscere, ut operam det, ne accipiat stellas primæ, aut secundæ magnitudinis longè distantes à luna, & similiter ab eclyptica, ut dictum est antea. Postremò, duo sunt modi describendi regiones, & prouincias: alius fit per longitudines & latitudines: alius uerò, per angulos positionis seu situs. Sed qui fit per longitudines, & latitudines est certissimus modò longitudines, & latitudines sint rectè obseruatę, reliquus aūt, qui fit per angulos positionis non est adeò certus: sed ad prioris perfectionem maximè necessarius, et id propterea quod non omnium locorum, urbium, oppidorum, & uillarū, montium (in qualibet prouincia seu regione, quæ proponitur ad describendum) longitudines, & latitudines sint ex ueterum obseruationibus nobis notæ, neq; facilè aliquam differentiam longitudinis, & consimiliter latitudinis, in urbibus, & uillis, aut alijs locis distantibus ab inuicem tria, siue quatuor miliaria, nos animaduertere possumus. Ad hoc cognoscēdum, iste baculus, quo cognoscuntur anguli positionū, quemadmodum uisum est, magnum præstat auxilium. Hoc iam porrò uberrimè figuris & exemplis, ac tabulis ostenderemus: sed cùm animus sit negocium Cosmographicum seorsim tractare, consultò nūc id prętereundum uisum est: maximè cum id breuiter tractari non queat.

Quòd in quartum caput, optimè Lector, In quo principia secūdorū mobilium autor breuissimè complexus est, nihil scripserim, non est ut mireris, siquidem in commentarijs meis, in Theoricas planetarum doctiss. Georgij Purbachij, de his quæ in hoc capite proponuntur, copiosissimè egerim, certè aquam in mortario tunderem, si de antea explicatis, rursus ibi quidq; explicare attentarem. quare hęc, animo placido suscipias.

FINIS.

CAPI.

CAPITVLVM IIII. DE CIRCVLIS ET MOTIBVS PLANETARVM, ET DE CAVsis eclipsium Solis & Lunæ.



Otandum quod Sol habet unicum circulũ, per quẽ mouetur in superficie eclipticæ, & est Eccentricus, Eccentricus quidem circulus dicitur, non omnis circulus sed solum talis, qui diuidens terram in duas partes ęquales, non habet centrum suum cum centro terræ, sed extra, Punctum autem in eccentrico, quod maximè accedit ad firmamentum, appellatur Aux, quod interpretatur eleuatio.

Punctum uero oppositum, quod maximæ remotionis est à firmamento, dicitur oppositum augis. Solis autem ab occidente in orientem duo sunt motus, quorum unus est ei proprius, in circulo suo eccentrico, quo mouetur in omni die ac nocte, 60 minutis ferè. Alius uero tardior est motus sphærę ipsius, supra polos axis circuli signorum, & est æqualis motui sphæræ stellarum fixarum, scilicet in 100 annis gradu uno. Ex his itaq; duobus motibus, colligitur cursus eius in circulo signorum ab occidēte in orientem, per quem abscindit circulum signorum in 365 diebus, & quarta unius diei, præter rem modicam, quæ nullius est sensibilitatis.

Quilibet autem Planeta, præter Solem, tres habet circulos, scilicet æquantem, deferentem & epicyclum.

Æquans quidem Lunæ, est circulus concentricus cum terra, & est in superficie eclipticæ, Eius uero deferens est circulus eccentricus, nec est in superficie eclipticæ, imò una eius medietas declinat uersus septentrionem, altera uersus austrum. Et Deferens intersecat æquantem in duobus locis. Et figura intersectionis appellatur draco, quoniam lata est in medio, & angustior uersus finē. Intersectio igitur illa, per quam Luna mouetur ab austro uersus Aquilonem, appellatur caput draconis. Reliqua uero intersectio, per quam mouetur à septentrione in austrum, dicitur cauda draconis.

Deferens quidem & æquans cuiuslibet Planetæ sunt ęquales. Et est sciendum, quod tam deferens quam æquans Saturni, Iouis, Martis, Veneris & Mercurij, sunt eccentrici & extra superficiem eclipticæ, & tamen illi duo sunt in eadem superficie. Quilibet etiam Planeta præter Solem habet epicyclum. Et est Epicyclus circulus paruus, per cuius circum-

circumferentiam defertur corpus Planetæ, & centrum epicycli semper defertur in circumferentia deferentis.

Si igitur duæ lineæ ducantur à centro terræ, ita, quod includant epicyclum alicuius Planetæ, una ex parte oriētis, reliqua ex parte occidentis, punctum contactus ex parte orientis, dicitẽ statio prima, punctum uerò contactus ex parte occidentis, dicitur statio secunda. Et quando Planeta est in alterutra illarum stationum, dicitur stationarius. Arcus uerò epicycli superior inter duas stationes interceptus, dicitur directio & quando Planeta est in illo, tunc dicitur directus. Arcus uerò Epicycli inferior, inter duas stationes interceptus, dicitur retrogradatio, & Planeta ibi existens dicitur retrogradus. Lunæ autem non assignatur statio, directio uel retrogradatio. Vnde non dicitur Luna stationaria, directa, uel retrograda, propter uelocitatem motus eius in epicyclo.

I.

DE ECLIPSI LVNAE.

Cum autem Sol sit maior terra, necesse est quod medietas sphæræ terræ à Sole semper illuminetur, & umbra terræ extensa in aere tornatilis, minuatur in rotunditate, donec deficiat in superficie circuli signorum, inseparabilis à Nadir Solis. Est autem Nadir Solis, punctum directè oppositum Soli in firmamento. Vnde cum in plenilunio Luna fuerit in capite uel in cauda draconis sub Nadir Solis, tunc terra interponetur Soli & Lunæ, & conus umbræ terræ cadet super corpus Lunæ. Vnde cum Luna lumen non habeat nisi à Sole, in rei ueritate deficit à lumine.

Et est eclipsis generalis, si ipsa fuerit in capite uel cauda draconis directè. Particularis uerò si fuerit prope uel intra metas determinatas eclipsi. Et semper in plenilunio uel circa contingit eclipsis. Vnde cum non in qualibet oppositione, hoc est, plenilunio sit Luna in capite uel cauda draconis, nec supposita Nadir Solis, non est necesse in quolibet plenilunio Lunam pati eclipsim, ut patet in præsenti figura, quæ subsequitur.

II.

DE ECLIPSI SOLIS.

Cum autem Luna fuerit in capite uel in cauda draconis, uel prope uel infra metas suprà dictas, & in coniunctione cum Sole, tūc corpus lunare interponitur inter aspectum nostrum & corpus solare. Vnde obumbrabit nobis claritatem Solis, & ita Sol patietur eclipsim, non quia deficiat lumine, sed deficit nobis propter interpositionem Lunæ inter aspectum nostrum & solare corpus.

Ex his patet, quod non ſemper eſt eclipſis Solis in coniunctione ſiue in nouilunio.

Notandum etiam, quod quando eſt eclipſis Lunæ, eſt eclipſis in omni terra, ſed quando eſt eclipſis Solis, nequaquam, imò in uno climate eſt eclipſis, & in alio non, quod contingit contra diuerſitatem aſpectus in diuerſis climatibus. Vnde Virgilius elegantiſsimé naturam utriuſq; eclipſis, ſub compendio detigit, dicens.

Dectus Lunæ uarios, Solisq; labores.

Ex prædictis patet, quod cùm eclipſis Solis eſſet in paſsione Domini, & eadem paſsio eſſet in plenilunio, illa eclipſis non fuit naturalis, imò miraculoſa, & contraria naturæ, quia eclipſis Solis in nouilunio, uel circa debet contingere.

Propter quod legitur, Dionyſium Areopagitam in eadem paſsione dixiſſe: Aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina diſſoluetur.

FINIS.

CANONES IN omnes Tabulas, quæ Commentariis SPHÆRÆ INSERTAE SVNT.

Canon primus eſt, quomodo quæri debet declinatio planetæ, ſeu ſtellæ, quæ non ſua latitudine excedit octauum gradum in alterutram partem zodiaci.



CVm Sol, uti ſæpé dictum eſt, nunquam deflectet ab eclyptica, imò ſemper ſub eadem incedat in conſequentia ſignorum, erit, ſi fuerit extra puncta æquinoctialia, declinatio eius cùm ſeptentrionalis, tum meridionalis facilima inueſtigatu. Quare ſi uolueris eam inueſtigare, intres cum gradu & minutis, ſi quæ adhæſerint gradibus, in quo Sol fuerit, in eam partem tabulę, in qua ſignum ſolis fuerit: ſi illud inuentum fuerit in ſuperiori parte, deſcendēdo: ſi autem in inferiori, aſcendendo. Statim è regione ſe offert gradus declinationis ſolis, cum ſuis minutis. Et ex quo tabulæ ſint factæ ad integros gradus ſolis, nōdum ueniſti ad intentum tuum. Igitur, ſi integro gradui in quo Sol eſt, adhæſerint minuta aut ſecunda, tunc oportet ut fiat ſubtractio graduum & minutorum inuentæ declinationis à gradibus, & minutis immediatè ſequētibus, & reſiduum ponatur ſeorſim, deinde, prius omnib. reſolutis in unam denominationem, & fiat huius reſidui, & minutorum, & ſecundorum adhęrentiū gradui ſolis, proportio ad ſexaginta, more ſolito, quod prouenerit, addatur gradibus & minutis iam inuentæ declinationis, & habebis quæſitam declinationem gradus ſolis. Siquidem in commentarijs quã q̃ exemplis, ubi fieri potuit illuſtrauimus, quò ſtudioſi harum artium, maiorem inde caperent fructum, id etiam uiſum eſt facere in iſtis canonibus. En, Ferdinandus Archidux Auſtriæ, D. Ferdinandi

nandi Imperatoris Rom. inuictiss. filius, princeps noster illustriss. natus est Linzæ, 14 die Iunij, intra horam secundam & tertiam pomeridianam, anno 1 9. ad hoc tempus Sol inuentus est, in gr. 2. m̄. 14 Cancri. Nunc, his datis, elicienda est declinatio solis, signũ Cancri in superiori parte tabulæ in pagina dextra, inuentum est, descendendo ad dextram è regione gr. 2 oblatatio est declina solis, 23 gr. 29 m̄. Et cùm facta est, secundũ præceptum, collatio ad sequentem numerum, qui minor est præcedente, quia declinatio solis, ad tempus datum, est in decremento, differẽtia est unum minutum. Postquam operatum est, ut uult præceptum, cum minutis adhærentibus gradibus solis, ad sexaginta, uera solis declinatio (ad tempus, & horam, qua Ferdinandus Archidux Austriæ illustrissimus in hũc mundum fœliciter natus est) inuenta est, 23 gr. 29 m̄. 14 sec. sic etiam in reliquis declinationibus solis faciendum. Præceptum declinationis solis inueniendæ iam exemplo declaratum est, nunc porrò dandum est pręceptum reliquorum planetarum, qui ab eclyptica diuagantur in latitudinem nunc ad septentrionem, nunc ad austrum, & non sunt sub eclyptica, nisi cum fuerint in ipsis nodis, scilicet, quomodo autem eorum declinatio tam septentrionalis ab æquatore, quàm meridionalis sit ex tabulis declinationum comparanda: sed hoc Lectori pio sciendum est, quod in tabulis declinationum sint duæ paginę altera sinistra, quæ habet latitudines septentrionales non excedentes gradum octauum, siquidem nullus planetarum excedat sua diuagatione ab eclyptica hunc gradum, altera autem pagina sibi uendicat latititudinem ab eclyptica meridionalem. Hoc memori memoria tenendum est, quód (quando planeta est sine latitudine (ut fieri solet) in sectionib. eclypticæ, & deferentis planetæ, quicunq; ille sit,) eadem sit operatio, quę in declinatione solis quærenda, si uerò fuerit extra nodos, seu sectiones, tunc operatio erit aliquantulum operosior. eam primò præceptione perbreui illustrabimus, deinde exemplo, quo satis intellecto, à discentibus nihil amplius de reliquis, erit dubij habito gradu, & minuto loci planetę secundum longitudinem: tunc etiam uidendum est an habeat latitudinem, quód si sic, qualis ea sit, inspiciendum est, anuè meridionalis, seu septentrionalis, hoc est, sitne in medietate zodiaci ascendente, aut descendente. Quód si gradus loci planetæ inuentus fuerit in medietate Zodiaci ascendente, fiat introitus in tabulam declinationum in dextra pagina, cũ gradu loci planetę ascendendo, aut descendendo, ut requirit signum in quo est gradus loci planetæ, aut in sinistra pagina, si fuerit in medietate zodiaci descendente. Sed gradus latitudinis, si quam habuerit, in latere superiori transuerso, & in angulo communi sese offeret declinatio quæsita cum sua denominatione. Hoc præceptum locum habet, si tam latitudo, quàm longitudo planetæ fuerit, sine minutis, & secundis adhęrentibus gradui loci planetæ: quòd si aũt longitudo planetæ, aut latitudo, uel utraq; habuerit unà cum gradibus annexa minuta, & secunda, duplici introitu, sicut etiam partim de sole dictum est, opus erit, nempe hoc modò, scilicet fiat primò introitus cum gradibus longitudinis & latitudinis planetæ proximè minoribus, & quod in angulo communi inuẽtum fuerit, seorsim scribito. Quo facto, fiat collatio huius anguli prius inuenti, ad immediatè sequentis horum angulorum differentia quoq; seorsim notetur, nempe ad inferiorem, si longitudo planetæ fuerit in sinistra pagina tabulæ declinationum, inuenta: si autem in dextra, ad superiorem, de tali inuenta differentia, accipiatur cùm minutorum tum secundorum ipsis gradibus adhęrentibus proportio ad sexaginta. hoc facto, si sequens angulus cõmunis creuerit tunc, quod ex acceptione proportionis ad sexaginta, addatur: si autem angulus communis decreuerit, auferatur. Causam facilè quis intelliget, ubi suprà suo loco dicta satis cognita habuerit. Hanc partem proportionalem cum suo signo additionis uel subtractionis seorsim seruari debet. Insuper rursus fiat collatio huius anguli communis ad numerum ei collateralẽ uersus sinistram si latitudo fuerit septentrionalis, sin minus, uersus dextram, habita tali differentia collaterali. Accipiatur iterũ, huius differentiæ ad supra dicta minuta, & secund proportio ad sexaginta, addenda uel minuenda ut prius. Hæ duæ partes proportionales debent addi inuicẽ, si ambæ fuerint addendæ, uel diminuendæ, quod prouenit adijciatur si habuerit notam additionis: si autẽ habuerit notã minui, minuatur, quod reliquũ fuerit, erit declinatio planetæ habentis latitudinem, quæsita. Cæterùm ut præceptum fiat illustrius, addatur tale exemplum. Anno 1540, die tertia Iunij natus est Viennæ metropolis Austrię, Carolus Archidux Austriæ illustrissimus, filius D. Ferdinandi Imperatoris Romanorum inuictissimi. In hac genesi, repertus est Saturnus planetarum supremus, in 8 gr. 24 m̄. ♎. cum latitudine, 1 gr. 59 m̄. septentrionali. Atqui cùm planeta sit in medietate Zodiaci descendente, factus est introitus cum gradu loci planetæ, & gradibus latitudinis in sinistram pagi-

nam, in præcepti tenorem, & descendendo in linea gradus latitudinis usque ad gradum loci planetæ nempe, 5 ♎, in communi angulo inuēta est declinatio, 1 gr. 21 m̄. Verùm ex quo cùm locus planetæ, quàm gradus latitudinis uehant secū minuta annexa, facta collatione ad sequentē declinationē, seu angulum, 1 gr. & 24, scilicet, differentia fuit, 23 m̄. cum his m̄ multiplicata sunt, 21 m̄ quæ adhærent, gr. loci planetę, & productum diuisum est per 60, & prouenerunt 9 m̄. 12 sec. cū nota, adde. Rursus, siquidē etiā cum gradibus latitudinis sint quoque, 3 m̄. ad sequentē, sinistrū uersus angulū facta est cōparatio, & differentia elicita fuit, 55 m̄ quib. ductis in 9 m̄ & producto diuiso per 60, obuiā fuerunt 14 m̄. 5 sec. cū nota, minue. Hîc etiā notandū est, quando occurrerint diuersarū denominationū notæ, sicut hoc loci, quod minor à maiori auferenda sit, & quod residuabitur, debet si habet notā adde, addi producto, declinationis primò inuētę, si aūt retinuerit notā minue, minui ab eadē angulo seu producto. hoc satis apparet, si auferētur 9 m̄. 12 sec. à 14 m̄. 5 sec. quod reliqua erūt, 25 m̄. pximè cū nota minue. His ablatis ab 1 gr. 21 m̄. remanserūt 0 gr. 56 declinatio, scilicet, septētrionalis ipsius Saturni, ad tēpus ꝓpositū, quo natus est Carolus Archidux Austriæ illustriss. sic etiā in reliquis planetis & stellis operandū erit, quę non digrediuntur ab eclyptica ultra 8 gr. de illis uerò, quæ ultra 8 gr. deflectunt ab eclyptica siue in septentrionem, siue in meridiem, suprà in commentarijs, doctrina habetur.

CANON SECVNDVS.

Iste Canon docet quærere declinationē stellarū per tabulā generalē quomodo, nimirum tabula generalis cōfici debeat, prę misisū canonē ponere, sed ut usus eius tabulę quoque discentibus innotescat, operę preciū esse uisum est, illumque deinde exemplari excursu declarare. In priori canone de stellis tā erraticis, quàm fixis, octauū gradū sua latitudine non exeedentibus tantū actum est, in hoc autē agetur de stellis fixis generaliter, quomodo, scilicet, cum prędictū gradum excedant in latitudinē, declinatio eorū sit inuestiganda, siue ea sit meridionalis siue septentrionalis. Cum itaque subierit animū alicuius, quærere declinationē stellæ fixæ, quæ maiorē habuerit latitudinē quàm octo gradus, intret in tabulā generalē declinationum cū longitudine stellæ ꝓpositæ, accipiendo gradū lōgitudinis stellę in latere sinistro, si signum fuerit inuentū in frōte tabulæ, si uerò in calce tabulę, in dextro & numerū ex directo inuentū, qui uocatur, arcus, extra seorsim scribat, cū sua denominatione septentrionali, si signū fuerit septentrionale: si meridionale, contrà, qualis arcus ille sit, suprà in huius rei doctrina luculenter apparet, & mox melius iterum apparebit. Insuper etiā numerū multiplicandū, gradui loci stellę in Zodiaco obiectum, notet, hoc facto, latitudo ꝓpositæ stellæ in exemplū, prius seruato seu extrà notato arcui adiungat, tunc inquam, cum habuerit, eandē cū illo arcu seruato denominationem. Cæterùm si fuerint diuersarū denominationū, fiat contrà, puta, demat arcū illū seruatū à latitudine si fuerit ea minor, aut demat latitudinē ab arcu, si arcus fuerit maior. Quod relinquitur seruat denominationē quàm habuit illud à quo facta est subtractio. Et est arcus circuli latitudinis, trāseuntis per polos zodiaci, & secat zodiacū ad angulos rectos, qui cōpręhenditur inter ęquatorem & uerū locū stellæ. Hoc nō ignorandū est, quòd quando arcus primò inuentis fuerint similes, quòd stella destituetur omni declinatione, & erit in ipso æquatore. His ita expeditis, ducat sinū arcus postremò inuenti in numerū multiplicandum superius inuentū, & à producto quinque primas figuras auferat, unitatē relictis adijciat. Si reiectæ figuræ excesserint, 50000, quia sinus tot pro hac tabula cōficienda prę supponebatur 60000, quomodo sinus in sinū uerti debeat, suprà suo loco meminimus. Quod residuabitur post talē abiectionem, inducat in tabulā sinuū, & eius accipiat arcū, qui ostendet declinationē quęsitam, Explicato canone, nunc, ut satis fiat præceptis, adiungendus est exemplaris excursus. Sit pro exemplo lucida stella lyrę, quàm Arabes Wegā uocant, quę est primę magnitudinis, & de natura ♀ & ☿, latitudo huius est 62 gr. septētrionalis, scilicet locus eius uetus est Pragæ in Bohemia 8 gr. 15 m̄. ♑. Ex his suppositis cupio scire p tabulā generalē declinationum, ipsius stellæ ꝓpositę declinationē ab æquatore, ad annū, 1538. diē decimū Aprilis quo natus Ioannes illustriss. Archidux Austrię, princeps spei magnæ, sed uitæ breuis, filius D. Ferdinandi, Imperat. Rom. inuictiss. Nomen signi, in quo stella fuit tēpore proposito, obtinuit calcē tabulę generalis declinationū. Ascendendo igitur in dextro latere usque ad 8 gr. 10 m̄. Capricorni. En facta proportione, cū adsint etiā minuta gradib. signi, ad 60, oblatus est arcus, 23 gr. 16 m̄. ferè, qui arcus nihil aliud est, quàm portio circuli latitudinis cōprehensa inter stellā, & æquatorē, in circulo latitudinis, numerus aūt multiplicandus, 16740. sinistram uersus siquidē nomen signi sit in calce tabulę. Porrò, ex quo latitudo sit maior arcu inuento, subtraxi, ut uult preceptū paulò antè traditū, arcū à latitudine, & reliqui fuêre 39 gradus

duū 44 m̄. cū sua denominatione septentrionali, sinus horū graduū & minutorū, elicitus est ex sua tabula sinuū q̄ i fine ponemus 96940. hoc sinu ducto in numerū multiplicandū, & quinq; figuris abiectis, remanserūt, 46592 partes, quarū arcꝰ ex eadē tabula elicuimus 17 gr. 10, tāta, inq; fuit declinatio stellæ propositæ die, quo natus est Pragæ Ioannes Archidux Austriæ illustrissimus, & sic etiam in reliquis operandum est.

CANON TERTIVS.

Canon iste docet breuiter, planetæ habētis locū notū, ascensionē rectā, ex tabulis mediationū cœli inuenire. Cum itaq; tibi libuerit alicuiꝰ planetę ascensionē rectā particulariter elicere, ac numerare, tūc intres in tabulā mediationis cœli cū uero loco planetæ in zodiaco, & latitudine eius si q̄ habet, & statim uidebis in angulo cōmuni ascensionē eius rectā, inchoantē à principio Arietis, & inde numerandā. Sed hoc non obliuioni est tradendum, nēpe, q in istis particularib. tabulis mediationis cœli, tantū earū stellarū, & planetarū ascensiones rectę inueniunt, q̄ sua latitudine nō excedunt latitudinē octo graduū. hæc pars canonis uera est, tū, cùm lōgitudini planetæ, & eius latitudini nulla minuta aut secunda adiuncta fuerint. Cæterum, si lōgitudo, aut latitudo planetę aut utraq; habuerit minuta, secund. tibi ingrediendū erit, quemadmodū factum est, in tabulis declinationū, cū ꝓximè minorib. q̄ facto, angulū cōmunem extra scribito, deinde aufer angulum dictū ab imediatè sequēte angulo, si fieri potest, sin minus, adcōmodato, 360 gr. ex differentia eorū, accipias partē ꝓportionalē, ad 60 m̄. adherentiū gradibus lōgitudinis planetę, hęc pars ꝓportionalis addenda est: sed si latitudo q̄q; habuerit minuta cū gradib. integris, tūc cōpares angulū cōmunem ad angulum in sinistro aut dextro latere sequentē, differentię rursus fiat ꝓportio, ad 60. cum minutis & secundis annexis integris gradibus, ꝓductum ex tali ꝓportionali inuētione addēda tibi est, si sequēs angulꝰ fuerit maior, sin minor, fiat cōtrà, qd multis doctrinā, suprà in primo canone datā, quando, scilicet ambę differentiæ fuerint minuendæ, uel ambæ addendæ, aut altera minuenda & altera addēda, semper p̄ oculis habeas. Hoc tibi etiā nō p̄tereundum: quando in hac operatione nascetur numerus maior 360 gr. q̄d inde, more solito 360 gr. abijciendi sunt, & q tibi hinc ꝓuenerit, numerabis ascensionē rectā à principio Arietis ut dictū est. His cognitis, facilimè inuenies ex linea catēte latitudine, ascensionem solis aut alterius planetę, q nō habuerit latitudinē. Nunc nihil amplꝰ restat, q̄ ut hæc exēplo elucidentr. Profectò, nō aliud in mediū ꝓferendum uisum est, q̄ de domo Austriaca famosissima, q̄ qualis hactenus fuerit, nihil iudico, qa res gestæ eius loquūtur. Esto igit, ꝓ meliori huius canonis declaratione, genesis Ferdinādi Archiducis Austriæ illustriss. D. Ferdinandi Imperat. Rom. augustiss. filij q̄, inq;, genesis fuit Linzæ, in oppido amœnissimo. Anno 1529 post recuperatā Salutē, die 14 Iunij intra horā secūdam, & tertiā pomeridianā, ad hoc tēpus inuentus est Iupiter planeta amans iusticiæ, in 22 gr. 7 m̄. Leonis directus, cū latitudine septētrionali 0 gr. 57 m̄. Ad hoc tēpus, secundū p̄cepta iā p̄missa, ascensio recta ex tabula speciali cœli mediationū q̄renda est, ex q lōgitudo planetæ unà cū latitudine sit nota, & signū Leonis in q̄ planeta inuentus est, ingressus sum in sinistrā paginā tabulæ mediationū cœli, qa latitudo est septētrionalis, & accepi signū in dextro latere eius paginæ, & descēdi in linea graduū, usq; ad 23 gr. Leonis, & perrexi deinde in linea trāsuersali uersus dextram usq; ad signū o. in capite tabulæ positū, & oblatus est angulus cōmunis, 144 gr. 23 m̄. hunc angulū seorsim notaui, iuxta doctrinā suprà ꝓpositā, & cum locus planetę habeat secū 7 m̄. cōparaui hunc angulū cū immediatè sequēte: & differentia inuenta est, 55 m̄. facta ꝓportione ad 60. ꝓuenerunt, 7 m̄. ferè cū nota, adde. Insup cōtuli angulū cōmunem ad ꝓximū angulum, cū latitudine, directè uersus sinistrā, & cepi differētiam latitudinis 20 m̄. postq̄ cum hac differētia, & 57 m̄. latitudinalib. facta est ꝓportio ad 60, obuia fuerunt 19 m̄. cū nota, adde, quib. adiectis antea seruatis, facta sunt, 26 m̄. Hæc postremò adieci angulo cōmuni, & prodijt ascensio recta propositi temporis 144 gr. 49 m̄. quod facere oportuit.

CANON QVARTVS.

In p̄misso canone p̄ceptionib. & exēplari excursu ostēsum est, q̄ modo ascēsiones rectę planetarū, & stellarum fixarū, quarū loca uera secundū lōgitudinē in zodiaco sunt nota, & nō discedunt ab eclyptica in latitudinē uel septentrionalē, uel meridionalē, ultra octo gradus. Verùm enimuero cùm ꝓmultę reperiantur fixarum, lōgius euagari ab eclyptica in utrasq; partes, & habeant etiam, in genituris iudicandis, usum nō spernēdum, nunc porrò ostēdendum est, qua ratione generaliter ascēsiones rectæ fixarum stellarū ex tabula generali, & fœcunda, quas docuimus suprà in cōmentarijs facere, sint inuestigandæ. Cùm itaq; placuerit tibi alicuius stellæ generaliter inuenire ascensionē rectam, tunc intra in tabulam generalē mediationum cœli, cum uero ipsius stellæ propositæ loco ac signo, & arcum ęquatoris indirectò eius scriptū, cui in capite titulus est, Radix, q is sit, suprà suo loco ex figura disces, simul cū numero multiplicando, sibi adhærēte, extra seorsim scribe. hoc facto, accipe p doctrinam in p̄cedentib. datam, eius stellæ declinationē, qua habita, intra in tabulam fœcundam, & numerum ei correspondentē accipe, hūc numerum, ita ex tabula fœcunda, elicitum, multiplica, & ex producto, 50000. uti suprà edoctꝰ es, abijce. Quod remanserit, est sinus arcus cōpręhensi in æquatore inter circulū latitudinis, & circulum declinationis, transeuntis per uerū locum stellæ propositæ. Huius, inq;, sinus recti inueni ex tabula si-

nuũ, arcum, & erit differẽtia tranſitus ſtellæ per mediũ cœli, uti uidere eſt in cõmentarijs, in ea figura, q̃ huic negotio deſcripta. Poſtea, arcum ita inuẽtum adde radici, ſi ſtella fuerit in medietate zodiaci deſcẽdente, q̃ incipit ab initio Cancri, & deſinit in fine ſagitarij: ſi aũt fuerit in altera medietate zodiaci, ab initio Capricorni uſq; ad finẽ geminorũ, tũc aufer illũ arcũ à radice, & ut hęc ritè fiãt obſeruãda erit declinatio, an, ſcilicet, ſit meridionalis, anuè ſeptẽtrionalis. Nã ſi fuerit, ut res melius intelligaſ, in medietate deſcẽdente cũ declinatione meridiana, aut in medietate aſcẽdente cũ declinatione ſeptẽtrionali, tũc arcũ, illũ à radice aſcẽſionũ minue: ſed ſi fuerit locus ſtellæ in medietate deſcendẽte, & habuerit declinationẽ ſeptentrionalẽ, aut in medietate aſcendente, & habuerit declinationem meridianã, tunc arcũ p̃dictum adde arcui aſcẽſionum. Sed ſi arcus aſcenſionũ foret minor q̃ ut poſsit fieri ſubtractio, ſicut aliquando fieri ſolet, integer circulus tibi addendus eſt illi arcui, & deinde debet negotium abſolui, & q ex tali additione, aut ſubtractione tibi reſiduabiſ, erit aſcẽſio recta q̃ſita numerãda, uidelicet, in æquatore ab initio Arietis. Explicatis igiſ p̃ceptis, cõſequẽs eſt, ut q̃quę clariora fiãt, addere exemplũ, q ſit de D. Maximiliano Imperatore Rom. auguſtiſsimo, qui prodijt in hunc mundũ Viennę Auſtriæ, Anno 1527. die ſecũdo Auguſti. Ad hoc tẽpus uolo inuenire aſcenſionẽ rectã ſtellæ Alhiot, q Latinis eſt hircus, huius, inq̃, ſtellæ declinatio, p pręcepta ſuprà data, de inuẽtione declinationũ ſtellatũ generaliter, inuẽta eſt ſeptẽtrionalis, 44 gr. 56 m̃. in 15 gr. 49 m̃. geminorũ, q̃ eſt primę magnitudinis, de natura Martis, & Veneris. Cũ hoc uerò loco ſtellæ ingreſſus ſum in tabulã generalẽ mediationũ cœli, & inueni radicẽ aſcenſionũ 76 gr. 18 m̃. & numerũ multiplicandũ, 5851. prius facta proportione differentiarũ ad ſexaginta. Deinde cũ 44 gr. 56 m̃. declinationẽ. ſ. fact⁹ eſt introitus in tabulã ſecundã, & oblat⁹ eſt numer⁹, 99971. hunc numerũ multiplicaui in numerũ multiplicãdũ, & abiectis, 50000, à pducto, in reſiduo habui, 58 ,huius reſidui, ex tabulis ſinuũ elicui arcum, iuxta p̃ceptũ pręmiſſum, q fuit 6 gr. 8 m̃. Et cùm loc⁹ uer⁹ ipſius ſtellæ in exemplũ propoſitę, ſit in medietate zodiaci aſcẽdente, & habeat declinationẽ ſeptentrionalẽ, ſubduxi hunc arcum à radice aſcenſionum, quo facto, præſtò fuit aſcenſio rectæ ipſius Alhiot, 7 t grad. 20 m̃. ſerè, tot, inquam, graduum, & minutorum, in æquatore, tempore, quo D. Maximilianus Imperator Romanorum auguſtiſsimus, natus eſt, abfuit ab initio Arietis. Ita etiã in reliq̃s faciendum eſt.

CANON QVINTVS.

Nunc porrò reſtat inuentio gradus zodiaci, cũ q̃ planeta, aut alia q̃uis ſtella cœlũ mediãt. Sed ſciendũ eſt q ſtellæ, q̃ habẽt latitudinẽ nũc tardius, nũc citius, ſecundũ q habuerint declinationẽ aut meridianã, aut ſeptentrionalẽ, ad mediũ cœli ueniãt, q̃ uer⁹ earũ locus ſecundũ longitudinẽ oſtẽdit, quemadmodũ ſuprà in cõmentarijs uidere eſt. Verùm priuſq̃ proponãtur pręcepta talis inueſtigationis, præmittere ut ordo poſtulat, placet, quo pacto, ex data aſcẽſione recta loc⁹ uer⁹ ſolis, aut alterius ſtellę in zodiaco inueſtigãd⁹ ſit. Q̃uis hęc duo nõ multũ inter ſe diſcrepẽt: tamẽ cuiuslibet pręceptiones ſeorſim ponẽdæ ſunt. Cùm igitur uolueris, habita aſcenſione recta, ſcrutari locũ uerũ lõgitudinis ſtellę alicuius, in zodiaco, tũc q̃tas numerũ aſcẽſionis rectæ in tabula rectarũ aſcenſionũ, q̃ etiã in cõmentarijs facere docuim⁹, nõ in latere aliq̃, imò in corpore ipſius. Si aũt aſcenſionẽ rectã nõ præciſè inueneris in corpore tabulæ, tunc cõpares proximè minorẽ aſcenſionẽ rectã tua aſcẽſione, ad maiorẽ immediatè ſequentẽ differentiã extrà notabis, q̃ pones primũ numerũ, & minuta adhęrentia integris gradib. aſcẽſionis rectæ, ſecundũ, & 60. tertiũ. Sed hoc nõ obliuioni trades, nẽpe, q̃tieſcunq; operatio req̃rit introitũ in areã ſeu corpus tabulæ, hoc eſt, per numeros areales fuerint quęrẽdi numeri laterales, non ſolùm in q̃rendo ex rectis aſcẽſionibus, gradũ ueri loci planetæ in zodiaco, imò in reliq̃s tabulis omnib⁹, q̃d ſemper differẽtia arealis, ſit cõſtituend⁹ primus numer⁹, & 60, tertius his hoc modo, cõſtitutis, abſolues operationẽ ſecundũ regulã aureã, & q̃d ex tali opere partũ fuerit, gradib. è regione minoris aſcẽſionis in latere adijcias, & habebis gradus, & graduũ minuta, q̃ habere uolebas p loco uero planetæ, ſeu alterius cuiuſuis ſtellę. Reſtat nũc, ut etiã hũc canonẽ exẽplari excurſu elucidem⁹. Eſto gratia exẽpli, aſcẽſio recta ſolis, 105 gr. 48 m̃. cũ hac, facta eſt arealis ingreſſus, in tabulã rectarũ aſcenſionũ, q, cùm nõ ſit præciſè inuenta, accepta eſt pxime minor in ipſa area, nẽpe 105 gr. 18 m̃. & è regione huius, in gradib. zodiaci, oblati ſunt, 14 gr. & in capite tabulæ ſignũ Cãcri, poſtquam cõparatio facta eſt, ad immediatè ſequentẽ aſcenſionẽ rectã, 106 gr. 17 m̃. ſcilicet, differentia 54 m̃. in primũ locũ, ut ſonat regula, poſita eſt, 48 m̃. in ſecundũ, & 60, in tertiũ & operatũ eſt more ſolito, parta ſunt nobis 45 m̃. hinc pnunciamus, ſolẽ, quando diſtiterat à principio Arietis in æquatore 105 gr. 48 m̃. q̃d fuerit in 14 gr. 45 m̃. Cancri hactenus. Porrò, iã dicendũ eſt de inuentione gradus eclypticæ cũ q̃ ſtella q̃uis cœlũ mediat, paulò antè dictũ eſt, nẽpe q̃d ſtellę q̃ ſunt extra eclypticã nõ ueniant ſemper ad mediũ cœli cũ eo gradu, in q̃ re uera ſunt in zodiaco ſeu eclyptica, q̃d manifeſtũ eſt, rectè intuenti ſphęram materialẽ, q̃ habet circulũ latitudinis, & circulũ declinationis. Qui itaq; noluerit aggredi op⁹ inuentionis talis gradus mediationis cœli, per tabulas pręmiſſas, ei neceſſe eſt ut præ omnib. habeat aſcenſionem rectam, q̃ ſuprà inuenire exemplis oſtendimus, & hoc nõ ſine cauſa. Siq̃dem aſcenſio recta habeat uſum nõ contemnendũ in directionib. ſignificatorũ: ſicuti optim⁹ norũt, q Aſtrologico negocio operam nauant. Atq, ne in re, ex immediatè pręmiſsis pręceptionibus, nota, ac perlucida diſcentes detineant, rem exemplo

exemplo illustrandã uisum est. En in quarto canone ascensio recta stellæ Alhaiot, quam Latini hircũ uocant, inuenta est 71 gr. 20 m̃. quæ, inquam, stella in genitura D. Maximiliani, Romanorũ Imperatoris inuictissimi, secundũ lõgitudinem inuentus fuit in 15 gr. 49 m̃. geminorũ, cũ hoc gradu nõ potest mediare coelũ, quia latitudo eius septentrionalis fuit, 44 gr. 56 m̃. cũ prędicta ascẽsione recta ingressus sum arealiter in tabulam rectarũ ascensionũ, & cùm præcisè eam nõ inuenerim, accepi proximè minorem, scilicet, 70 gr. 29 m̃. eamque cõparaui ad immediatè cõsequentem, & inueni differentiam, 64 m̃. pro primo numero, pro secundo, posui 20 m̃. adhęrentia integris gradib. tertius fuit 60, hinc prouenerunt, post operationem 18 m̃. hæc addidi 12 gr. positis in linea graduũ zodiaci è regione minoris ascensionis rectæ, & inspecto signo, in capite tabulæ, dixi 12 gr. 18 m̃. geminorum peruenisse ad medium coeli, propositæ stellæ, in tempore præscripto. Ad hunc modum in alijs quoque faciendum est.

CANON SEXTVS.

Nunc ostendendũ est quo modo, arcus zodiaci seu eclipticę ascẽsio obliqua sit eruẽda ex tabulis in cõmentarijs positis. Sed si aliquis quæsierit rationẽ componẽdi tales tabulas ex fontibus huius professionis, easque ad oẽs poli eleuationes, cùm cõmentarijs istis tantũ præcipuæ sint insertæ, nempe inchoantes à 46 gr. & desinẽtes in gradu eleuationis poli 55. quia non plurimũ in nostris climatibus usus est. formãdæ sient, ille cõsulat doctrinã, suprà in cõmentarijs, propositã de cõpositione tabulæ differẽtiarũ. Redeamus iam ad rem: Cùm uolueris igitur operari primò habeas poli eleuationẽ loci tui cognitã, deinde gradũ eclypticæ cum signo suo, cuius gradus ascensionẽ obliquã ex tabulis obliquarũ ascensionũ scrutari intendis, his ita in promptu habitis, accipito, gradũ eleuationis poli, ipsius loci ad quẽ operaris, & ingressum facito in tabulã illã, cum gradu & signo zodiaci, & gradũ zodiaci accipito in latere sinistro in linea graduũ, & signũ in capite tabulæ, angulus cõmunis erit ascensio obliqua, quã quærere uoluisti, qui incipit ab initio Arietis in æquatore. Sed si gradui eclypticæ adhæserint minuta, tũc duplici introitu opus erit, sicuti in præcedẽtibus prolixè dictũ est. Subinde etiã cuenit quòd cum gradui eclypticæ, tũ gradibus eleuationis poli, tunc equidẽ operatio erit aliquantulũ operosior quemadmodũ mox uidebitur. Hoc nõ est silentio prætereundũ, quod nimirũ, sępe cõtingit, ut astronomicæ operationes postulẽt, arcus zodiaci seu eclypticæ aliunde, & nõ ab initio Arietis debere inchoari. Igitur si talis casus obuiã uenerit, tunc quęras primò ascensionẽ obliquã ad initiũ eius arcus eclypticæ iuxta præceptũ præmissum, quo facto, elicias eodẽ modo ascensionẽ obliquã, quæ debetur fini illius arcus, subtracto postea initio ascẽsionis obliquę à fine eiusdẽ, addito integro circulo, si necessitas expostulauerit, habebis in æquatore ascensionẽ obliquã illius arcus dati eclypticæ. Cæterum priusquã proponãtur exẽpla, adhuc unũ proferã pręceptũ, quomodo scilicet agendũ sit, quãdo eleuationi polari ab horizõte, minuta seu secũda quoque adserint. Nam si eleuatio poli habebit minuta, tunc opereris primò per eleuationẽ poli proximè minorẽ, uti iam edoctus es, secundò per altitudinẽ immediatè sequentẽ & maiorẽ, inuẽtis duabus obliquis ascẽsionibus, auferas minorẽ à maiori, residuũ erit differẽtia respõdens uni gradui eleuationis poli, ex hac differentia accipito partẽ proportionalẽ dictorũ minutorũ ad sexaginta. Et quod ex tali acceptione proportionali exiuerit, primæ obliquæ ascẽsioni, si minor fuerit, quam secunda, addas: si uerò maior, ab eadẽ demas, hoc facto, ascẽsio obliqua, quã habere cupiebas, præstò erit. Hæc nõnihil obscuritatis habẽt apud nõ exercitatos quò fiant clariora, adijcienda sunt exempla, sicut in alijs & eo ordine En quidã petijt sibi dari obliquã ascensionẽ ad 21 gr. 39 m̃. geminorũ, sub eleuatione poli 49 gr. facto introitu in tabulã obliquarũ ascensionum, cum 21 gr. geminorũ, quę cõpetit eleuationi polari, 49 gr. oblati sunt, 50 gr. 40 m̃. in area tabulæ, & propter minuta, quæ gradibus eclypticæ adsunt, secundò ingressus factus est, & facta collatione ad ascensionẽ obliquã proximè sequentẽ, inuẽta est differentia, 57 m̃. ex hac differentia accepta est pars proportionalis, 39 m̃ ad 60, quæ fuit 38 m̃. & addita est, 50 gr. 40 m̃. obliquæ scilicet, ascensioni primò inuentæ, uera ascensio obliqua dati arcus eclypticæ, numerata est, 51 gr. 18 m̃. in æquatore ab initio Arietis, hæc sufficiãt pro prima parte. Porrò, cupit aliquis inuenire ascensionẽ obliquã sub eadẽ poli eleuatione quę est inter arcũ eclypticę inchoantẽ à 21. gr. Arietis & desinentẽ in 25 gr. geminorũ, si istis gradibus adessent minuta, aut secunda, tunc quoque bis introeundum foret, sed cùm nulla sint, semel cum quilibet intratur. Principiò dicti arcus, nẽpe 15 gr. Tauri cõponatur ascẽsio obliqua 22 gr. & fini, 26 gr. geminorũ, 5 gr. 43 m̃. minore igitur ascensione obliqua iam inuenta à maiori sublata, relicta est ascẽsio obliqua arcus proposit. 38 gr. 57 m̃. hactenus de altera parte. pro tertia quæ est aliquantulum operosior. Sit in exemplum genitura Ferdinandi archiducis Austriæ illustrissimi, filij D. Ferdinandi imperatoris Romanorũ inuictissimi, qui natus est Linzæ, ubi polus Septentrionalis tollitur supra horizontem 74 gr. 47 m̃, Sol, tempore Genesis, ut uisum est suprà, erat in 2 gr. 14 Cancri, pro hac poli eleuatione, & arcu eclypticæ dato ascensonẽ obliquã inuenire uolo, primò ingressus sum in tabulã Obliquarum ascẽsionum cum integris gradibus eleuationis poli, nempe 47 gr. & 2 gr. Cancri, arcus zodiaci. s. dati, in area tabulæ Obliqua ascẽsio sinistrã uersus, reperi 64 gr. 25 m̃. huius differentia ad immediatè sequentẽ fuit, 1 gr. 7 m̃. accepta eius & minutorum, 14, ad 60. proportione, habui in producto, 14 m̃. 35 sec. cum nota adde. Insuper cùm gradibus eleua-

tionis poli ſupra horizontem annexa ſint 49 m̄. cõformiter intraui cum prædicto gradu eclypticæ in tabulã Obliquarum aſcenſionum ſub gradu 51 eleuationis poli, & obuiam habui aſcenſionem obliquã 51 gr. 20 m̄. & facta cõparatione ad priorẽ inuentã obliquã aſcenſionẽ, fuit differentia earum duarum Obliquarum aſcenſionum 11 m̄. ex hac differentia accepi partem proportionalem ſecundum 49 m̄. ad 60, quæ mihi inuenta eſt 4 4 m̄. 15 ſec. cum nota minue, ſubtracta minore ꝓportione à maiore, reliqua fuere 50 m̄. 17 ſec. minuenda, & cùm prima obliqua aſcẽſio ſit maior ſecunda, ſubtraxi ab ea hæc m̄. & ſec. & habui Obliquam aſcenſionẽ arcus dati pro tempore dato 63 gr. 52 m̄. 43 ſec. & ſic etiam in reliquis operandum eſt.

CANON SEPTIMVS.

Nunc ut ordo ſeruetur, cùm ſimus in opere inueſtigationis Obliquarum aſcẽſionum, quoꝗ docere operæprecium eſt, quomodo aſcenſio obliqua cuiuſcunq; ſtellæ, in quolibet horizonte ſeu poli eleuatione, habentis declinationem, ſiue ea ſit Septentrionalis, ſiue meridionalis, ſit numeranda. Ad hoc negotiũ requiritur tabula differentiarũ aſcenſionaliũ quã inſeruimus cõmentarijs eamq; fundamentaliter facere oſtendimus, q̃ ſecundũ latitudinẽ extenditur uſq; ad 60 gr. & ſecundum declinationem nõ ultra, gr. 32. ſiquidem hæc tabula potiſsimum planetis, quorum nullius latitudo ab eclyptica excedat 8 gr. qui unà cum maxima Solis declinatione 32. ferè gr. cõſtituunt, inſeruiat. Sed quomodo talis tabula ad 90 gr. uſq; ſit extendenda, id etiã in dicto loco luculenter eſt demõſtratum. quod porrò reſtat, eſt, ut uſus huius tabulæ præceptis, & regulis in medium ꝓferatur. Tabula illa tres habet partes: in capite ſunt gradus poli eleuationũ Septentrionalium ſupra horizõtem: in latere ſiniſtro paginarum gradus declinationum ſtellarum ab æquatore. & in area differentię aſcenſionales, q̃ ſunt gradus æquatoris, cõprehenſi inter horizõtem obliquum, & circulum declinationis trãſeuntis, ꝑ centrum ſtellæ ꝓpoſitę, exiſtentis in horizõte orientali ut patet ex prædictis. Si igitur habueris ſtellã, quæ nõ habet declinationem excedentem gr. 32, accipias eleuationem poli loci tui, in capite tabulæ in linea tranſuerſali, & declinationem ipſius ſtellæ in linea laterali deſcendendo, cõmunis angulus offeret tibi differentiam aſcenſionalem eã, ſi ſtella ſua delinatione reperitur Septentrionalis, demas ab aſcenſione recta, ſi uerò fuerit meridionalis addas eã aſcenſioni rectæ, ſed cum minutis adiunctis eleuationi poli aut declinationi, agas iuxta doctrinã hactenus ſæpe habitã, & habebis aſcenſionẽ obliquã ſtellæ ꝓpoſitæ. quamuis hæc facilia ſint, tñ exemplis ea oſtendere uiſum eſt. Sit itaq; in exemplum ſtella fixa, q̃ eſt in dorſo Leonis, ſecundæ magnitudinis naturæ Veneris & Iouis declinatio eius ex ſuperioribus præceptis inuenta eſt ferè 23 gr. Septentrionalis, huius inq̃, aſcenſionem obliquam elicere uolo ſub eleuatione poli 48 gr. ſimpliciter, hos gradus accepi in linea tranſuerſali, & deſcendi in linea declinationum uſq; ad gr. 23. & uidi communem angulum in area tabulæ 28 gr. 8 m̄. differentiam, uidelicet, aſcenſionalem deſideratam, aſcẽſio recta eſt 161 gr. ab aſcenſione hac cùm declinatio ſit Septentrionalis, differẽtia inuenta eſt dempta ſecundum præceptum datum & reliquũ fuit aſcẽſio obliqua quærenda 132 gr. 52 m̄. Sed ex quo multæ ſtellæ multò magis ab æquatore declinẽt quã 32. quãuis modus operandi in his ſit in cõmẽtarijs demõſtratus, tñ, ut diſcẽtes uideant, q̃d tabula fœcunda, q̃ etiam cõponere docui, nõ fruſtra ſit inſerta, iam deinceps, oſtẽdendum eſt, & ut hoc utiliter fiat, primò præceptum, & deinde exemplarẽ excurſum addere, nõ ineptum uidet. Oblata igit̃ ſtella q̃ habet ampliorẽ declinationẽ, q̃ 32 gr. tunc intres in tabulam fœcundam cum gradib. eleuationis poli, & q̃d ibi inuenies extra notabis, & cõſimiliter facias introitũ in eandẽ tabulã fœcundã, cùm gradib. declinationis, ſtellæ propoſitę & q̃d inueneris q; extra notabis: tñ ſemper memor ſis, ſi aderint minuta uel ſecunda, ut ex illis accipias proportionẽ ad 60. hos duos & numeros in ſeſe ducas, & productũ per ſex multiplices, q̃ facto, ex eo producto auferas, 500000, relicta unitate adiungenda ultimæ figuræ, & q̃d ſupererit, erit ſinus rectus differentiæ quærendæ, cuius arcus elicitur ex tabula ſinuũ, q̃ prę́ſupponit ſinũ maximũ, 60000 partiũ, erit differẽtia aſcẽſionalis, q̃ habere uolebas. Iuxta hoc præceptũ nunc tractandũ erit exemplũ. Accipiatur igitur in exemplũ dies natalis Iohannis Archiducis Auſtriæ illuſtriſsimi, q natus eſt Pragæ, ad hoc tẽpus inuenta eſt, in ſecundo canone, declinatio, Lucidæ ſtellæ lyræ, q̃ Arabib. uocatur Vuega, primæ magnitudinis, 37 gr. 20 m̄. Septentrionalis. Eleuatio aũt poli Pragæ Bohemiæ eſt 50 gr. 10 m̄. his ita ꝓpoſitis, per præmiſſã doctrinã, nunc elicienda eſt differentia aſcenſionalis, & ea mediante, aſcenſio obliqua huius ꝓpoſitæ ſtellæ, primò ex ingreſſu in tabulã fœcundã, cũ 50 gr. 10 m̄. eleuationis poli ſupra horizontẽ Pragę, proportionalis minutijs, ꝓuenit numerus ex tabula fœcunda 119896. Secũdò factus eſt ingreſſus in eandẽ tabulã, cũ 37 gr. 20 m̄. declinationẽ. ſ. ſtellę & inuentus eſt numerus, omnib. ritè peractis, 76280. hi duo numeri ex fœcũda tabula educti, poſtq̃, ſecundũ præceptũ in ſe ſunt multiplicati, & productũ per 6, extẽſum eſt, & 500000 numeri abiecti ſunt, relicta unitate, ſinus inueſtigãdæ differentiæ aſcẽſionalis, relictus eſt 54152, partiũ, & arcus eius 66 gr. 7 m̄. Sed ex ſuperiorib. canonib. aſcẽſio recta fuit 274 gr. 40 m̄. proximè, & poſt ſubtractionem inuentæ differentiæ aſcenſionalis, cum declinatio ſit Septentrionalis, relicta ſunt, 208 gr. 33 m̄. pro obliqua aſcenſione ſtellæ propoſitæ, quod faciendum erat, & in reliquis ſic inſtitui debet operatio.

CA-

CANON OCTAVVS.

Quomodo aũt ascensiones obliq̃ tam arcuũ eclypticę incipientium à uernali sectione Ariete. l. & alibi, q̃ reliquarum stellarum, cùm earum q̃ nõ digrediunt in declinationẽ ab æquatore in utrasq; partes, ultra 32 gr. ut planetę, tum earum, quarũ declinationes multò sunt ampliores, latis superq; & pręceptis & exẽplis sit demonstratũ. Dende, ut q̃què cohęreant, ordo postulat, ut ꝓponant regulę, & praeceptiones, q̃ pacto, indagandę sint descensiones in obliqua sphęra talium arcuum eclypticę, in recta nihil opus est. Pro operatione sit hoc documentũ, nempe si arcus eclypticæ initiũ sumpserit ab Ariete, tũc addat illi arcui semicirculus, hoc est, 180 gr. hoc facto, addiscenda est, per sextũ canonem, eius ꝓducti obliqua ascensio, & ex ea demend⁹ semicirculus, & relinquet, si rectè operatũ est, descensio obliqua arcus eclypticę inchoãtis ab initio uernalis sectionis. Atq; si aliunde arcus inceperit q̃ ab Ariete, addiscas obliq̃ ascensionẽ arcus oppositi diametraliter ꝑ doctrinã sexti canonis, q̃ inq̃, erit descensio obliqua arcus eclypticæ propositi. Quãuis hoc negociũ nõ habeat magnam difficultatẽ, tñ, cùm incipientib. facilè obstacula inijciant, exempla addere nõ inconueniẽs uidet. Sit exẽpli gratia, 21 gr. 39 m̃. geminorũ arcus eclypticæ initiũ sumens ab Ariete, sub eleuatione poli 49 gr. huius arcus ascẽsio obliqua in 5 canone inuenta est 51 gr. 10 m̃. huic arcui ꝓposito adiecti sunt, 180 gr. & peruentũ est ad 21 gr. 37 m̃ Sagittarij, ascẽsio obliqua huius arcus est 290 gr. 30 m̃. abiectis, 180 gr. residuati sunt 110 gr. 30 m̃. tanta, inq̃. est descẽsio obliqua arcus eclypticæ in exemplũ propositi. Alteri⁹ partis huius praecepti. Sit totũ signũ geminorũ, q̃d non incipit ab Ariete, ꝑ exẽplo signũ diametrale eius est Sagitarius, in 21 gr. 37 m̃. cuius principij ascẽsio obliqua, sub eleuatione poli, 49 gr. est 252 gr. 51 m̃. & finis ipsius, 300 gr. 1 m̃. dempto minus à maiore, descensio obliqua geminorũ relicta est, 17 gr. 10 m̃. Ex his iã manifestũ est, totũ signũ geminorũ, ascendere obliquè, ubi polus Septẽtrionalis extollit supra horizõtem 49 gr. cũ 27 gr. 4 m̃. & descendere cũ 37 gr. 10 m̃. his redactis in tẽpus, erit ascẽsus obliquus, 1 hor. 48 m̃. 16 sec. & descẽsus eius 2 hor. 28 m̃. 40 sec. huius diuersitas fit ꝓpterea, q̃d signa obliquę ascendentia, rectè descendant, sicuti uisum est suo loco de his non plura.

CANON NONVS.

Sed priusq̃ trãseatur ad sequentia operęprecium est, ut etiã ꝓferantur præcepta, q̃ pacto stellarũ q̃cunq; illę sint extra. l. eclypticã obliqua descẽsio sit numerãda, siqdẽ q̃ in praecedenti canone sunt prolata, sint tñ de arcub. eclypticę, incipientib. ab Ariete, aut aliunde. Quare si tibi animus est numerare obliq; descensionẽ stellæ cuiuscunq; propositæ, habeas eius stellæ differentiã ascensionalẽ, per doctrinã suprà suo loco propositã, & eã, si declinatio fuerit Septentrionalis, addas ascẽsioni rectę illius stellę: si uerò declinatio fuerit Meridionalis, tunc eã differentiã auferas ab ascẽsione recta. Cur aũt sic operandũ sit, facilè ex sphæra materiali, instrumẽto eq̃dẽ nobilissimo, uidere poteris: aut ex cõmẽtarijs in eo loco ubi ꝓponit ratio inueniẽdi, ꝑ ascẽsiones rectas, & differẽtias ascẽsionales, obliq̃s ascensiones. Verùm ne desit aliqd harũ artiũ amatorib⁹, placuit exẽplari excursu, hoc p̃ceptũ, q̃d, q̃uis sit breue, atñ habet in arte directoria usum amplissimũ, declarare. En tẽpore, q̃ Ioannis Archidux Austriæ illustriss. filius D. Ferdinandi, Imp. Rom. inuictissimi, in hũc mundũ est natus, ex pręcedentib. inuenta est declinatio stellę. Lucidæ ipsius lyræ, q̃ Arabes Vuegã uocant, 3 gr. 20 m̃. Septentrionalis, differentia ascẽsionalis, 66 gr. 7 m̃. & ascensio recta 274 gr. 40 m̃. Iuxta regulã traditã, emersit descensio obliqua, 340 gr. 47 m̃. ipsius Vuegæ, quæ indaganda fuerat, in hunc modum etiam cum alijs agendum est.

CANON DECIMVS.

Consentaneũ eiđem est, ut nunc q̃q; ostendamus, q̃s sit modus indagandi, ex ascensione obliqua, & descensione, quantus arcus eclypticę tali ascensioni uel descensioni obliq̃ debeatur. Cùm uolueris hoc opus aggredi, habeas ascensionẽ obliq; & cum ea intres in areã tabulæ eleuationis poli loci ad quẽ instituisti operationẽ, & cõtinuò uidebis in capite tabulæ, signũ, & in latere gradus ipsius signi zodiaci, q̃ pertinent ad illam ascensionẽ obliq̃, seu descensionem. Hoc uerò nõ obliuiscaris, nẽpe, si eleuatio poli Septẽtrionalis, secũ habuerit gradib. annexa minuta, aut secunda. tũc primò opereris per tabulã proximè minorẽ, deinde proximè maiorẽ, q̃ facto, accipias de differentia arcuũ eclypticæ inuentorũ, inde partẽ proportionalẽ secundũ proportionẽ minutorũ annexorũ gradibus eleuationis poli. Hanc partẽ ꝓportionalẽ adde arcui eclypticę numerato, per tabulã minoris eleuationis, tũ. i. cùm fuerit minor arcu eclypticę, ꝑ tabulã maioris eleuationis poli inuẽto, si cõtrã, cõfugias ad notã minue. Quod relinqt, erit arc⁹ eclypticę q̃ tali ascensioni obliq̃ debet. Cæterùm si uolueris cognoscere quant⁹ arcus eclypticę debeat alicui descensioni obliq̃ adijcias, 180 gr. & ad tale adgregatum elicias, ut paulò antè, arcũ eclypticæ, ab hoc

ab hoc arcu rursus 180 gr. demas, residuū numerabit tibi arcū eclypticæ, pro descensione obliqua, q̄ in exemplū est proposita. Atqui memor sis quod hæc præcepta ptineant tantū ad ascēsiones, & descēsiones obliquas, initiū sumētes ab Ariete, sed quę aliunde incipiūt, his satis perceptis, nō erunt difficilis operationis. Hæc, licet uideātur nō habere aliquid obscuritatis: tamē nō erit inutile ea exemplo lucidiora facere. Sit itaq; suprà oblata ascensio obliqua ipsius Vvegæ 108 gr. 10 m̄. sub eleuatione poli 50 gr. 10 m̄. huius ascensionis obliquæ uolo inuenire quātus arcus eclypticę ei respōdeat, hoc est, quis gradus, & q̄d signum primò ingressus sum in tabulā obliquarū ascensionū arealiter sub eleuatione poli 50 gr. proximè minore. &c cùm nō inuenerim 108 gr. 33 m̄. accepi minorē, nempe 107 gr. 14 m̄. & cōparaui eam, ad immediatè sequentē. differētia fuit 84 m̄. pro primo numero. deinde ad 10.. 33. m̄ inueni differentiā 39 m̄. pro secundò numero tertius fuit 60. In latere sinistro uidi 20 gr. & in capite signū libræ, post operationē proportionū, prodierūt 21 m̄. q̄ addita sunt 10 gr. Librę, postea eodē modo operatus sum cū 51 gr. eleuatione poli utpote. proximè maiore, & reperi 20 gr. 14 m̄. his sublatis à superius inuētis, remāsit differētia 14 m̄. Ex his, & 10 m̄. quæ adhærēt eleuationi poli, quæsiui, pportionē ad 60, hæc inuenta est 2 m̄. cū nota subtrahe, quare ea subtraxi à priori inuēto, & habui q̄d quæsiui 10 gr. 26 m̄. Libræ. Hactenus de prima parte præcepti, pro altera parte etiā exemplū breue addere cōuenit. Esto gratia exēpli, obliqua descēsio 116 gr. 24 m̄. addito semicirculo, nati sunt 296 gr. 24 m̄. huius producti q̄situs est arcus eclypticę seu locus, tanq; obliquæ ascēsionis, qui incidit in 28 gr. 53 m̄. post subductionē 6 signorū, hoc est 180 gr. descēsioni obliquæ propositæ respōdit 28 gr. 53 m̄. geminorū. Quē usum hęc habeāt, dabit tibi suo loco cognoscere.

CANON VNDECIMVS.

nam, in præcepti tenorem, & descendendo in linea gradus latitudinis usque ad gradum loci planetæ nempe, 5 ♎, in communi angulo inuẽta est declinatio, 1 gr. 21 m̄. Verum ex quo cum locus planetæ, q̃ gradus latitudinis uehant secũ minuta annexa, facta collatione ad sequentẽ declinationẽ, seu angulum, 1 gr. & 24, scilicet, differentia fuit, 23 m̄. cum his m̄ multiplicata sunt, 21 m̄ quæ adhærent, gr. loci planetę, & productum diuisum est per 60, & prouenerunt 9 m̄. 12 sec. cũ nota, adde. Rursus, siquidẽ etiã cum gradibus latitudinis sint q̃q̃, 17 m̄. ad sequentẽ, sinistrũ uersus angulũ facta est cõparatio, & differentia elicita fuit, 55 m̄ quib. ductis in 9 m̄. & producto diuiso per 60, obuiã fuerunt 14 m̄. 5 sec. cũ nota, minue. Hîc etiã notandũ est, quando occurrerint diuersarũ denominationũ notæ, sicut hoc loci, quod minor à maiori auferenda sit, & quod residuabitur, debet si habet notã adde, addi producto, declinationis primò inuẽtę, si aũt retinuerit notã minue, minui ab eadẽ angulo seu producto. hoc satis apparet, si auferẽtur 9 m̄. 12 sec. à 14 m̄. 5 sec. quod reliqua erũt, 25 m̄. pximè cũ nota minue. His ablatis ab 1 gr. 21 m̄. remanserũt 0 gr. 56 declinatio, scilicet, septẽtrionalis ipsius Saturni, ad tẽpus ppositũ, q̃ natus est Carolus Archidux Austriæ illustriss. sic etiã in reliquis planetis & stellis operandũ erit, q̃ non digrediuntur ab eclyptica ultra 8 gr. de illis uerò, quæ ultra 8 gr. deflectunt ab eclyptica siue in septentrionem, siue in meridiem, suprà in commentarijs, doctrina habetur.

CANON SECVNDVS.

Iste Canon docet quærere declinationẽ stellarũ per tabulã generalẽ q̃modo, nimirum tabula generalis cõfici debeat, pręmissũ canonẽ ponere: sed ut usus eius tabulę q̃q; discentibus innotescat, operępreciũ esse uisum est, illumq́; deinde exemplari excursu declarare. In priori canone de stellis tã erraticis, q̃ fixis, octauũ gradũ sua latitudine non excedentibus tantũ actum est, in hoc autẽ agetur de stellis fixis generaliter, q̃modo, scilicet, cum prędictũ gradum excedant in latitudinẽ, declinatio eorũ sit inuestiganda, siue ea sit meridionalis siue septentrionalis. Cum itaq; subierit animũ alicuius, quærere declinationẽ stellæ fixæ, q̃ maiorẽ habuerit latitudinẽ q̃ octo gradus, intret in tabulã generalẽ declinationum cũ longitudine stellæ ppositæ, accipiendo gradũ lõgitudinis stellę in latere sinistro, si signum fuerit inuentũ in frõte tabulæ, si uerò in calce tabulę, in dextro & numerũ ex directo inuentũ, q̃ uocatur, arcus, extra seorsim scribat, cũ sua denominatione septentrionali, si signũ fuerit septentrionale: si meridionale, contrà, qualis arcus ille sit, suprà in huius rei doctrina luculenter apparet, & mox melius iterum apparebit. Insuper etiã numerũ multiplicandũ, gradui loci stellę in Zodiaco obiectum, notet, hoc facto, latitudo ppositæ stellæ in exemplũ, prius seruato seu extrà notato arcui adiungat, tunc inq̃, cum habuerit, eandẽ cũ illo arcu seruato denominationem. Cæterùm si fuerint diuersarũ denominationũ, fiat contrà, puta, demat arcũ illũ seruatũ à latitudine si fuerit ea minor, aut demat latitudinẽ ab arcu, si arcus fuerit maior. Quod relinquitur seruat denominationẽ q̃ habuit illud à quo facta est subtractio. Et est arcus circuli latitudinis, trãseuntis per polos zodiaci, & secat zodiacũ ad angulos rectos, qui cõprehenditur inter ęquatorem & uerũ locũ stellæ. Hoc nõ ignorandũ est, quòd quando arcus primò inuentis fuerint similes, q̃d stella destituetur omni declinatione, & erit in ipso æquatore. His ita expeditis, ducat sinũ arcus postremò inuenti in numerũ multiplicandum superius inuentũ, & à producto quinq; primas figuras auferat, unitatẽ relictis adijciat. Si reiectæ figuræ excesserint, 50000, quia sinus tot pro hac tabula cõficienda pręsupponebatur 60000, q̃modo sinus in sinũ uerti debeat, suprà suo loco meminimus. Quod residuabitur post talẽ abiectionem, inducat in tabulã sinuũ, & eius accipiat arcũ, qui ostendet declinationẽ q̃sitam. Explicato canone, nunc, ut satis fiat præceptis, adiungendus est exemplaris excursus. Sit pro exemplo lucida stella lyrę, q̃ Arabes Wegã uocant, q̃ est primę magnitudinis, & de natura ♀ & ☿, latitudo huius est 62 gr. septẽtrionalis, scilicet locus eius uerus est Pragæ in Bohemia 0 gr. 35 m̄. ♑. Ex his suppositis cupio scire p tabulã generalẽ declinationum, ipsius stellæ ppositę declinationẽ ab æquatore, ad annũ, 1538. diẽ decimũ Aprilis quo natus Ioannes illustriss. Archidux Austrię, princeps spei magnæ, sed uitæ breuis, filius D. Ferdinandi, Imperat. Rom. inuictiss. Nomen signi, in q̃ stella fuit tẽpore proposito, obtinuit calcẽ tabulę generalis declinationũ. Ascendendo igitur in dextro latere usq; ad 8 gr. 1 0 m̄. Capricorni. En facta proportione, cũ adsint etiã minuta gradib. signi, ad 60, oblatus est arcus, 29 gr. 16 m̄. ferè, q̃ arcus nihil aliud est, q̃ portio circuli latitudinis cõprehensa inter stellã, & æquatorẽ, in circulo latitudinis, numerus aũt multiplicandus, 16940. sinistram uersus siquidẽ nomen signi sit in calcẽ tabulę. Porrò, ex q̃ latitudo sit maior arcu inuento, subtraxi, ut uult pręceptũ paulò antè traditũ, arcũ à latitudine, & reliqui fuẽre 32 gra

duum

duũ 44 m̃. cũ sua denominatione septentrionali, sinus horũ graduũ & minutorũ, elicitus est ex sua tabula sinuũ q̃ in fine ponemus 96940. hoc sinu ducto in numerũ multiplicandũ, & quinq; figuris abiectis, remanserũt, 36392 partes, quarũ arcũ ex eadẽ tabula elicuimus 3 gr. 20, tãta, inq;, fuit declinatio stellæ propositæ die, quo natus est Pragæ Ioannes Archidux Austriæ illustrissimus, & sic etiam in reliquis operandum est.

CANON TERTIVS.

Canon iste docet breuiter, planetæ habẽtis locũ notũ, ascensionẽ rectã, ex tabulis mediationũ cœli inuenire. Cùm itaq; tibi libuerit alicuius planetę ascensionẽ rectã particulariter elicere, ac numerare, tũc intres in tabulã mediationis cœli cũ uero loco planetæ in zodiaco, & latitudine eius si q̃ habet, & statim uidebis in angulo cõmuni ascensionẽ eius rectã, inchoantẽ à principio Arietis, & inde numerandã. Sed hoc non obliuioni est tradendum, nẽpe, q̃ in istis particularib. tabulis mediationis cœli, tantũ earũ stellarũ, & planetarũ ascensiones rectę inueniunt, q̃ sua latitudine nõ excedunt latitudinẽ octo graduũ. hæc pars canonis uera est, tũ, cùm lõgitudini planetæ, & eius latitudini nulla minuta aut secunda adiuncta fuerint. Cæterum, si lõgitudo, aut latitudo planetę aut utraq; habuerit minuta, secund. tibi ingrediendũ erit, quemadmodũ factum est, in tabulis declinationũ, cũ ꝓximè minorib. q̃ facto, angulũ cõmunem extra scribito, deinde aufer angulum dictũ ab imediatè sequẽte angulo, si fieri potest, sin minus, adcõmodato, 360 gr. ex differentia eorũ, accipias partẽ ꝓportionalẽ, ad 60 m̃. adhęrentiũ gradibus lõgitudinis planetę, hęc pars ꝓportionalis addenda est: sed si latitudo quoq; habuerit minuta cũ gradib. integris, tũc cõpares angulũ cõmunem ad angulum in sinistro aut dextro latere sequentẽ, differentię rursus fiat ꝓportio, ad 60. cum minutis & secundis annexis integris gradibus, ꝓductum ex tali ꝓportionali inuẽtione addẽda tibi est, si sequẽs angulus fuerit maior, sin minor, fiat cõtrà, qd multis doctrinã, suprà in primo canone datã, quando, scilicet ambę differentiæ fuerint minuendæ, uel ambæ addendæ, aut altera minuenda & altera addẽda, semper p̃ oculis habeas. Hoc tibi etiã nõ p̃tereundum: quando in hac operatione nascetur numerus maior 360 gr. q̃d inde, more solito 360 gr. abijciendi sunt, & q̃ tibi hinc ꝓuenerit, numerabis ascensionẽ rectã à principio Arietis ut dictũ est. His cognitis, facilimè inuenies ex linea carẽte latitudine, ascensionem solis aut alterius planetę, q̃ nõ habuerit latitudinẽ. Nunc nihil amplius restat, q̃ ut hæc exẽplo elucidenẽ. Profectò, nõ aliud in mediũ ꝓferendum uisum est, q̃ de domo Austriaca famosissima, q̃ qualis hactenus fuerit, nihil iudico, q̃a res gestæ eius loquũtur. Esto igit, ꝓ meliori huius canonis declaratione, genesis Ferdinãdi Archiducis Austriæ illustriss. D. Ferdinandi Imperat. Rom. augustiss. filij q̃, inq;, genesis fuit Linzæ, in oppido amœnissimo. Anno 1529 post recuperatã Salutẽ, die 14 Iunij intra horã secũdam, & tertiã pomeridianã, ad hoc tẽpus inuentus est Iupiter planeta amans iusticiæ, in 22 gr. 7 m̃. Leonis directus, cũ latitudine septẽtrionali 0 gr. 57 m̃. Ad hoc tẽpus, secundũ p̃cepta iã p̃missa, ascensio recta ex tabula speciali cœli mediationũ q̃renda est, ex q̃ lõgitudo planetæ unà cũ latitudine sit nota, & signũ Leonis in q̃ planeta inuentus est, Ingressus sum in sinistrã paginã tabulæ mediationũ cœli, q̃a latitudo est septẽtrionalis, & accepi signũ in dextro latere eius paginæ, & descẽdi in linea graduũ, usq; ad 23 gr. Leonis, & perrexi deinde in linea trãsuersali uersus dextram usq; ad signũ 0. in capite tabulæ positũ, & oblatus est angulus cõmunis, 144 gr. 23 m̃. hunc angulũ seorsim notaui, iuxta doctrinã suprà ꝓpositã, & cum locus planetę habeat secũ 7 m̃. cõparaui hunc angulũ cũ immediatè sequẽte: & differentia inuenta est, 58 m̃. facta ꝓportione ad 60, ꝓuenerunt, 7 m̃. ferè cũ nota, adde. Insup cõtuli angulũ cõmunem ad ꝓximũ angulum, cũ latitudine, directè uersus sinistrã, & repi differẽtiam latitudinis 20 m̃. postq̃ cum hac differẽtia, & 57 m̃. latitudinalib. facta est ꝓportio ad 60, obuia fuerunt 19 m̃. cũ nota, adde, quib. adiectis antea seruatis, facta sunt, 26 m̃. Hæc postremò adieci angulo cõmuni, & prodijt ascensio recta propositi temporis 144 gr. 119 m̃. quod facere oportuit.

CANON QVARTVS.

In p̃misso canone p̃ceptionib. & exẽplari excursu ostẽsum est, q̃ modo ascẽsiones rectę planetarũ, & stellarum fixarũ, quarũ loca uera secundũ lõgitudinẽ in zodiaco sunt nota, & nõ discedunt ab eclyptica in latitudinẽ uel septentrionalẽ, uel meridionalẽ, ultra octo gradus. Verùm enimuero cùm ꝑmultę reperiantur fixarum, lõgius euagari ab eclyptica in utrasq; partes, & habeant etiam, in genituris iudicandis, usum nõ spernẽdum, nunc porrò ostẽdendum est, qua ratione generaliter ascẽsiones rectæ fixarum stellarũ ex tabula generali, & fœcunda, quas docuimus suprà in cõmentarijs facere, sint inuestigandæ. Cùm itaq; placuerit tibi alicuius stellæ generaliter inuenire ascensionẽ rectam, tunc intra in tabulam generalẽ mediationum cœli, cum uero ipsius stellæ propositæ loco ac signo, & arcum ęquatoris in directò eius scriptũ, cui in capite titulus est, Radix, q̃ is sit, suprà suo loco ex figura disces, simul cũ numero multiplicando, sibi adhærẽte, extra seorsim scribe. hoc facto, accipe ꝑ doctrinam in p̃cedentib. datam, eius stellæ declinationẽ, qua habita, intra in tabulam fœcundam, & numerum ei correspondentẽ accipe, hũc numerum, ita ex tabula fœcunda, elicitum, multiplica, & ex producto, 50000. uti suprà edoctus es, abijce. Quod remanserit, est sinus arcus cõpręhensi in æquatore inter circulũ latitudinis, & circulum declinationis, transeuntis per uerũ locum stellæ propositæ. Huius, inq;, sinus recti inueni ex tabula si-

nuũ, arcum, & erit differẽtia transitus stellæ per mediũ cœli, uti uidere est in cõmentarijs, in ea figura, q̃ huic negocio descripta. Postea, arcum ita inuẽtum adde radici, si stella fuerit in medietate zodiaci descẽdente, q̃ incipit ab initio Cancri, & desinit in fine sagitarij: si aũt fuerit in altera medietate zodiaci, ab initio Capricorni usq; ad finẽ geminorũ, tũc aufer illũ arcũ à radice, & ut hęc ritè fiãt obseruãda erit declinatio, an, scilicet, sit meridionalis, anué septẽtrionalis. Nã si fuerit, ut res melius intelligať, in medietate descẽdente cũ declinatione meridiana, aut in medietate ascẽdente cũ declinatione septẽtrionali, tũc arcũ, illũ à radice ascẽsionũ minue: sed si fuerit locus stellæ in medietate descendẽte, & habuerit declinationẽ septentrionalẽ, aut in medietate ascendente, & habuerit declinationem meridianã, tunc arcũ p̃dictum adde arcui ascẽsionum. Sed si arcus ascensionũ foret minor q̃ ut posit fieri subtractio, sicut aliquando fieri solet, integer circulus tibi addendus est illi arcui, & deinde debet negotium absolui, & q̃ ex tali additione, aut subtractione tibi residuabiť, erit ascẽsio recta q̃sita numerãda, uidelicet, in æquatore ab initio Arietis. Explicatis igiť p̃ceptis, cõsequẽs est, ut q̃quę clariora fiãt, addere exemplũ, q̃ sit de D. Maximiliano Imperatore Rom. augustissimo, qui prodijt in hunc mundũ Viennę Austriæ, Anno 1527. die secũdo Augusti. Ad hoc tẽpus uolo inuenire ascensionẽ rectã stellæ Alhioc, q̃ Latinis est hircus, huius, inq̃, stellæ declinatio, p̃ pręcepta suprà data, de inuẽtione declinationũ stellarũ generali iect, inuẽta est septẽtrionalis, 44 gr. 56 m̃. in 15 gr. 49 m̃. geminorũ, q̃ est primę magnitudinis, de natura Martis, & Veneris. Cũ hoc uerò loco stellæ ingressus sum in tabulã generalẽ mediationũ cœli, & inueni radicẽ ascensionũ 76 gr. 18 m̃. & numerũ multiplicandũ, 5881. priùs facta proportione differentiarũ ad sexaginta. Deinde cũ 44 gr. 56 m̃. declinationẽ. s. fact⁹ est introitus in tabulã secundã, & oblat⁹ est numer⁹, 99971. hunc numerũ multiplicaui in numerũ multiplicãdũ, & abiectis, 50000, à p̃ducto in residuo habui, 58 m̃. huius residui, ex tabulis sinuũ elicui arcum, iuxta p̃ceptũ pręmissum, q̃ fuit 5 gr. 8 m̃. Et cùm loc⁹ uer⁹ ipsius stellæ in exemplũ propositę, sit in medietate zodiaci ascẽdente, & habeat declinationẽ septentrionalẽ, subduxi hunc arcum à radice ascensionum, quo facto, præstò fuit ascensio rectæ ipsius Alhioc, 71 grad. 10 m̃. ferè, tot, inquam, graduum, & minutorum, in æquatore, tempore, quo D. Maximilianus Imperator Romanorum augustissimus, natus est, abfuit ab initio Arietis. Ita etiã in reliq̃s faciendum est.

CANON QVINTVS.

Nunc porrò restat inuentio gradus zodiaci, cũ q̃ planeta, aut alia q̃uis stella cœlũ mediãt. Sed sciendũ est q̃ stellæ, q̃ habẽt latitudinẽ nũc tardius, nũc citius, secundũ q̃ habuerint declinationẽ aut meridianã, aut septentrionalẽ, ad mediũ cœli ueniãt, q̃ uer⁹ earũ locus secundũ longitudinẽ ostẽdit, quemadmodũ suprà in cõmentarijs uidere est. Verùm priusq̃ proponãtur pręcepta talis inuestigationis, præmittere ut ordo postulat, placet, quo pacto, ex data ascẽsione recta loc⁹ uer⁹ solis, aut alterius stellę in zodiaco inuestigãd⁹ sit. Q̃uis hęc duo nõ multũ inter se discrepẽt: tamẽ cuiuslibet pręceptiones seorsim ponẽdæ sunt. Cùm igitur uolueris, habita ascensione recta, scrutari locũ uerũ lõgitudinis stellę alicuius, in zodiaco, tũc q̃ras numerũ ascẽsionis rectæ in tabula rectarũ ascensionũ, q̃ etiã in cõmentarijs facere docuim⁹, nõ in latere aliq̃, imò in corpore ipsius. Si aũt ascensionẽ rectã nõ præcisè inueneris in corpore tabulæ, tunc cõpares proximè minorẽ ascensionẽ rectã tua ascẽsione, ad maiorẽ immediatè sequentẽ differentiã extrà notabis, q̃ pones primũ numerũ, & minuta adhęrentia integris gradib. ascẽsionis rectæ, secundũ, & 6 tertiũ. Sed hoc nõ obliuioni trades, nẽpe, q̃tiescunq; operatio req̃rit introitũ in areã seu corpus tabulæ, hoc est, per numeros areales fuerint quęrẽdi numeri laterales, non solùm in q̃rendo ex rectis ascẽsionibus, gradũ ueri loci planetæ in zodiaco, imò in reliq̃s tabulis omnib⁹, q̃d semper differẽtia arealis, sit cõstituend⁹ primus numer⁹, & 60, tertius his hoc modo, cõstitutis, absolues operationẽ secundũ regulã aureã, & q̃d ex tali opere partũ fuerit, gradib. è regione minoris ascẽsionis in latere adijcias, & habebis gradus, & graduũ minuta, q̃ habere uolebas p̃ loco uero planetæ, seu alterius cuiusuis stellę. Restat nũc, ut etiã hũc canonẽ exẽplari excursu elucidem⁹. Esto gratia exẽpli, ascẽsio recta solis, 105 gr. 48 m̃. cũ hac, facta est arealis ingressus, in tabulã rectarũ ascensionũ, q̃, cùm nõ sit præcisè inuenta, accepta est p̃xime minor in ipsa area, nẽpe 105 gr. 13 m̃. & è regione huius, in gradib. zodiaci, oblati sunt, 14 gr. & in capite tabulæ signũ Cãcri, postquam cõparatio facta est, ad immediatè sequentẽ ascensionẽ rectã, 106 gr. 17 m̃. scilicet, differentia 54 m̃. in primũ locũ, ut sonat regula, posita est, 48 m̃. in secundũ, & 60, in tertiũ & operatũ est more solito, parta sunt nobis 45 m̃. hinc p̃nunciamus, solẽ, quando distiterat à principio Arietis in æquatore 105 gr. 48 m̃. q̃d fuerit in 14 gr. 45 m̃. Cancri hactenus. Porrò, iã dicendũ est de inuentione gradus eclypticæ cũ q̃ stella q̃uis cœlũ mediat, paulò antè dictũ est, nẽpe q̃d stellę q̃ sunt extra eclypticã nõ ueniant semper ad mediũ cœli cũ eo gradu, in q̃ re uera sunt in zodiaco seu eclyptica, q̃d manifestũ est, rectè intuenti sphęram materialẽ, q̃ habet circulũ latitudinis, & circulũ declinationis. Qui itaq; uoluerit aggredi op⁹ inuentionis talis gradus mediationis cœli, per tabulas pręmissas, ei necesse est ut præ omnib. habeat ascensionem rectam, q̃ suprà inuenire exemplis ostendimus, & hoc nõ sine causa. Siqdem ascensio recta habeat usum nõ contemnendũ in directionib. significatorũ: sicuti optim⁹ norũt, q̃ Astrologico negocio operam nauant. Atq, ne in re, ex immediatè pręmissis pręceptionibus, nota, ac periucũda discentes detineanť, rem exemplo

exemplo illustrandã uisum est. En in quarto canone ascensio recta stellæ Alhaiot, q̃ Latini hircũ uocant, inuenta est 71 gr. 20 m. q̃, inq̃, stella in genitura D. Maximiliani, Romanorũ Imperatoris inuictissimi, secundũ lõgitudinem inuentus fuit in 15 gr. 49 m. geminorũ, cũ hoc gradu nõ potest mediare cœlũ, q̃a latitudo eius septentrionalis fuit, 44 gr. 56 m. cũ prędicta ascẽsione recta ingressus sum arealiter in tabulam rectarũ ascensionũ, & cùm præcisè eam nõ inuenerim, accepi proximè minorem, scilicet, 70 gr. 59 m. eamq̃ cõparaui ad immediatè cõsequentem, & inueni differentiam, 64 m. p primo numero, pro secundo, posui 20 m. adhęrentia integris gradib. tertius fuit 60, hinc prouenerunt, post operationem 18 m. hæc addidi 12 gr. positis in linea graduũ zodiaci è regione minoris ascensionis rectæ, & inspecto signo, in capite tabulæ, dixi 12 gr. 18 m. geminorum peruenisse ad medium cœli, propositæ stellæ, in tempore præscripto. Ad hunc modum in alijs quoq̃ faciendum est.

CANON SEXTVS.

Nunc ostendendũ est quo modo, arcui zodiaci seu eclipticę ascẽsio obliqua sit eruẽda ex tabulis in cõmentarijs positis. Sed si aliquis quæsierit rationẽ componẽdi tales tabulas ex fontibus huius professionis, easq̃ ad oẽs poli eleuationes, cùm cõmentarijs istis tantũ præcipuæ sint insertæ, nempe inchoantes à 46 gr. & desinẽtes in gradu eleuationis poli 55. quia non pluriũ in nostris climatibus usus est, formãdæ sient, ille cõsulat doctrinã, suprà in cõmentarijs, propositã de cõpositione tabulæ differẽtiarũ. Redeamus iam ad rem: Cùm uolueris igitur operari primò habeas poli eleuationẽ loci tui cognitã, deinde gradũ eclypticæ cum signo suo, cuius gradus ascensionẽ obliquã ex tabulis obliquarũ ascensonũ scrutari intendis, his ita in promptu habitis, accipito, gradũ eleuationis poli, ipsius loci ad quẽ operaris, & ingressum facito in tabulã illã, cum gradu & signo zodiaci, & gradũ zodiaci accipito in latere sinistro in linea graduũ, & signũ in capite tabulæ, angulus cõmunis erit ascensio obliqua, quã quærere uoluisti, qui incipit ab initio Arietis in æquatore. Sed si gradui eclypticæ adhæserint minuta, tũc duplici introitu opus erit, sicuti in præcedẽtibus prolixè dictũ est. Subinde etiã euenit quòd cùm gradui eclypticæ, iũ gradibus eleuationis poli, tunc equidẽ operatio erit aliquantulũ operosior quemadmodũ mox uidebitur. Hoc nõ est silentio prætereundũ, quod nimirũ, sępe cõtingit, ut astronomicæ operationes postulẽt, arcus zodiaci seu eclypticæ aliunde, & nõ ab initio Arietis debere inchoari. Igitur si talis casus obuiã uenerit, tunc quęras primò ascensionẽ obliquã ad initiũ eius arcus eclypticæ iuxta præceptũ præmissum, quo facto, elicias eodẽ modo ascensionẽ obliquã, quæ debetur fini illius arcus, subtracto postea initio ascẽsionis obliquę à fine eiusdẽ, addito integro circulo, si necessitas expostulauerit, habebis in æquatore ascensionẽ obliquã illius arcus dati eclypticæ. Cæterum priusquã proponãtur exẽpla, adhuc unũ proferã pręceptũ, quomodo scilicet agendũ sit, quãdo eleuationi polari ab horizõte, minuta seu secũda quoq̃ adserint. Nam si eleuatio poli habebit minuta, tunc opereris primò per eleuationẽ poli proximè minorẽ, uti iam edoctus es, secundò per altitudinẽ immediatè sequentẽ & maiorẽ, inuẽtis duabus obliquis ascẽsionibus, auferas minorẽ à maiori, residuũ erit differẽtia respõdens uni gradui eleuationis poli, ex hac differentia accipito partẽ proportionalẽ dictorũ minutorũ ad sexaginta. Et quod ex tali acceptione pportionali exiuerit, primæ obliquæ ascẽsioni, si minor fuerit, q̃ secunda, addas: si uerò maior, ab eadẽ demas, hoc facto, ascẽsio obliqua, quã habere cupiebas, præstò erit. Hæc nõnihil obscuritatis habẽt apud nõ exercitatos quò fiant clariora, adijcienda fuere exempla, sicut in alijs & ea ordine En quidã petijt sibi dari obliquã ascensionẽ ad 11 gr. 39 m. geminorũ, sub eleuatione poli 49 gr. facto introitu in tabulã obliquarũ ascensionum, cum 11 gr. geminorũ, quę cõpetit eleuationi polari, 49 gr. oblati sunt, 50 gr. 40 m. in area tabulæ, & propter minuta, quæ gradibus eclypticæ adsunt, secundò ingressus factus est, & facta collatione ad ascensionẽ obliquã proximè sequentẽ, inuẽta est differentia, 57 m. ex hac differentia accepta est pars proportionalis, 37 m. ad 60. quæ fuit 18 m. & addita est, 50 gr. 40 m. obliquæ scilicet, ascensioni primò inuentæ, uera ascensio obliqua dati arcus eclypticæ, numerata est, 51 gr. 15 m. in æquatore ab initio Arietis, hæc sufficiãt pro prima parte. Porrò, cupit aliquis inuenire ascensionẽ obliquã sub eadẽ poli eleuatione quę est inter arcũ eclypticę inchoantẽ à 15. gr. Arietis & desinentẽ in 25 gr. geminorũ, si istis gradibus adessent minuta, aut secunda, tunc quoq̃ bis introeundum foret, sed cùm nulla sint, semel cuiq̃libet intratur. Principiò dicti arcus, nẽpe 15 gr. Tauri cõponatur ascẽsio obliqua 22 gr. & fini, 26 gr. geminorũ, 5 gr. 43 m. minore igitur ascensione obliqua iam inuenta à maiori sublata, relicta est ascẽsio obliqua arcus proposit. 32 gr. 57 m. hactenus de altera parte. pro tertia quæ est aliquantulum operosior. Sit in exemplum genitura Ferdinandi archiducis Austriæ illustrissimi, filij D. Ferdinandi Imperatoris Romanorũ inuictissimi, qui natus est Linzæ, ubi polus Septentrionalis tollitur supra horizontem 48 gr. 19 m., Sol, tempore Genesis, ut uisum est suprà, erat in 2 gr. 10 Cancri, pro hac poli eleuatione, & arcu eclypticæ dato ascensonẽ obliquã inuenire uolo, primò ingressus sum in tabulã Obliquarum ascẽsionum cum integris gradibus eleuationis poli, nempe 47 gr. & 2 gr. Cancri, arcus zodiaci s. dati, in area tabulæ Obliqua ascẽsio sinistrã uersus, reperi 64 gr. 25 m. huius differentia ad immediatè sequentẽ fuit, 1 gr. 7 m. accepta eius & minutorum, 14. ad 60. proportione, habui in producto, 14 m. 31 sec. cum nota adde. Insuper cùm gradibus eleua-

tionis poli ſupra horizontem annexa ſint 49 m̄. cõformiter intraui cum prædicto gradu eclypticæ in tabulã Obliquarum aſcenſionum ſub gradu 51 eleuationis poli, & obuiam habui aſcenſionem obliquã 51 gr. 20 m̄. & facta cõparatione ad priorẽ inuentã obliquã aſcenſionẽ, fuit differentia earum duarum Obliquarum aſcenſionum 11 m̄. ex hac differentia accepi partem proportionalem ſecundum 45 m̄. ad 60, quæ mihi inuenta eſt 44 m̄. 45 ſec. cum nota minue, ſubtracta minore ꝓportione à maiore, reliqua fuere 30 m̄. 17 ſec. minuenda, & cùm prima obliqua aſcẽſio ſit maior ſecunda, ſubtraxi ab ea hæc m̄. & ſec. & habui Obliquam aſcenſionẽ arcus dati pro tempore dato 63 gr. 52 m̄. 43 ſec. & ſic etiam in reliquis operandum eſt.

CANON SEPTIMVS.

Nunc ut ordo ſeruetur, cùm ſimus in opere inueſtigationis Obliquarum aſcẽſionum, quoq; docere operæprecium eſt, quomodo aſcenſio obliqua cuiuſcunq; ſtellæ, in quolibet horizonte ſeu poli eleuatione, habentis declinationem, ſiue ea ſit Septentrionalis, ſiue meridionalis, ſit numeranda. Ad hoc negotiũ requiritur tabula differentiarũ aſcenſionaliũ quã inſeruimus cõmentarijs eamq; fundamentaliter facere oſtendimus, q̃ ſecundũ latitudinẽ extenditur uſq; ad 60 gr. & ſecundum declinationem nõ ultra, gr. 32. ſiquidem hæc tabula potiſsimum planetis, quorum nullius latitudo ab eclyptica excedat 8 gr. qui unà cum maxima Solis declinatione 24. ferè gr. cõſtituunt, inſeruiat. Sed quomodo talis tabula ad 90 gr. uſq; ſit extendenda, id etiã in dicto loco luculenter eſt demõſtratum. quod porrò reſtat, eſt, ut uſus huius tabulæ præceptis, & regulis in medium ꝓferatur. Tabula illa tres habet partes: in capite ſunt gradus poli eleuationũ Septentrionalium ſupra horizõtem: in latere ſiniſtro paginarum gradus declinationum ſtellarum ab æquatore. & in area differentię aſcenſionales, q̃ ſunt gradus æquatoris, cõprehenſi inter horizõtem obliquum, & circulum declinationis trãſeuntis, ꝑ centrum ſtellæ ꝓpoſitę, exiſtentis in horizõte orientali ut patet ex prædictis. Si igitur habueris ſtellã, quæ nõ habet declinationem excedentem gr. 32. accipias eleuationem poli loci tui, in capite tabulæ in linea tranſuerſali, & declinationem ipſius ſtellæ in linea laterali deſcendendo, cõmunis angulus offeret tibi differentiam aſcenſionalem eã, ſi ſtella ſua declinatione reperitur Septentrionalis, demas ab aſcenſione recta, ſi uerò fuerit meridionalis addas eã aſcenſioni rectæ, ſed cum minutis adiunctis eleuationi poli aut declinationi, agas iuxta doctrinã hactenus ſæpe habitã, & habebis aſcenſionẽ obliquã ſtellæ ꝓpoſitæ. quamuis hæc facilia ſint, tñ exemplis ea oſtendere uiſum eſt. Sit itaq; in exemplum ſtella fixa, q̃ eſt in dorſo Leonis, ſecundæ magnitudinis naturæ Veneris & Iouis declinatio eius ex ſuperioribus præceptis inuenta eſt ferè 23 gr. Septentrionalis, huius inq̃, aſcenſionem obliquam elicere uolo ſub eleuatione poli 48 gr. ſimpliciter, hos gradus accepi in linea tranſuerſali, & deſcendi in linea declinationum uſq; ad gr. 23. & uidi communem angulum in area tabulæ 28 gr. 8 m̄. differentiam, uidelicet, aſcenſionalem deſideratam, aſcẽſio recta eſt 161 gr. ab aſcenſione hac cùm declinatio ſit Septentrionalis, differẽtia inuenta eſt dempta ſecundum præceptum datum & reliquũ fuit aſcẽſio obliqua quærenda 132 gr. 52 m̄. Sed ex quo multæ ſtellæ multò magis ab æquatore declinẽt quã 32. quãuis modus operandi in his ſit in cõmẽtarijs demõſtratus, tñ, ut diſcẽtes uideant, q̃d tabula fœcunda, q̃ etiam cõponere docui, nõ fruſtra ſit inſerta, iam deinceps, oſtẽdendum eſt, & ut hoc utiliter fiat, primò præceptum, & deinde exemplarẽ excurſum addere, nõ ineptum uidet. Oblata igit̃ ſtella q̃ habet ampliorẽ declinationẽ, q̃ 32 gr. tunc intres in tabulam fœcundam cum gradib. eleuationis poli, & q̃d ibi inuenies extrà notabis, & cõſimiliter facias introitũ in eandẽ tabulã fœcundã, cùm gradib. declinationis, ſtellæ propoſitę & q̃d inueneris q̃q; extra notabis: tñ ſemper memor ſis, ſi aderint minuta uel ſecunda, ut ex illis accipias proportionẽ ad 60. hos duos & numeros in ſeſe ducas, & productũ per ſex multiplices, q̃ facto, ex eo producto auferas, 500000, relicta unitate adiungenda ultimæ figuræ, & q̃d ſupererit, erit ſinus rectus differentiæ quærendæ, cuius arcus elicitus ex tabula ſinuũ, q̃ pręſupponit ſinũ maximũ, 60000 partiũ, erit differẽtia aſcẽſionalis, q̃ habere uolebas. iuxta hoc præceptũ nunc tractandũ erit exemplũ. Accipiatur igitur in exemplũ dies natalis Iohannis Archiducis Auſtriæ illuſtriſsimi, q̃ natus eſt Pragæ, ad hoc tẽpus inuenta eſt, in ſecundo canone, declinatio, Lucidæ ſtellæ lyræ, q̃ Arabib. uocatur Vuega, primæ magnitudinis, 37 gr. 20 m̄. Septentrionalis. Eleuatio aũt poli Pragæ Bohemiæ eſt 50 gr. 10 m̄. his ita ꝓpoſitis, per præmiſsã doctrinã, nunc elicienda eſt differentia aſcenſionalis, & ea mediante, aſcenſio obliqua huius ꝓpoſitæ ſtellæ, primò ex ingreſſu in tabulã fœcundã, cũ 50 gr. 10 m̄. eleuationis poli ſupra horizontẽ Pragę, proportionalis minutijs, ꝓuenit numerus ex tabula fœcunda 11896. Secũdò factus eſt ingreſſus in eandẽ tabulã, cũ 37 gr. 20 m̄. declinationẽ. ſ. ſtellę & inuentus eſt numerus, omnib. ritè peractis, 76280. hi duo numeri ex fœcũda tabula educti, poſtq̃, ſecundũ præceptũ in ſe ſunt multiplicati, & productũ per 6, excreſum eſt, & 500000 numeri abiecti ſunt, relicta unitate, ſinus inueſtigãdæ differentiæ aſcẽſionalis, relictus eſt 54152, partiũ, & arcus eius 66 gr. 7 m̄. Sed ex ſuperiorib. canonib. aſcẽſio recta fuit 274 gr. 40 m̄. proximè, & poſt ſubtractionem inuentæ differentiæ aſcenſionalis, cum declinatio ſit Septentrionalis, relicta ſunt, 208 gr. 33 m̄. pro obliqua aſcenſione ſtellæ propoſitæ, quod faciendum erat, & in reliquis ſic inſtitui debet operatio.

CA-

CANON OCTAVVS.

Quomodo aũt ascensiones obliq̃ tam arcuũ eclypticę incipientium à uernali sectione Ariete. i. & alibi, q̃ reliquarum stellarum, cùm earum q̃ nõ digrediunt in declinationẽ ab æquatore in utrasq; partes, ultra 32 gr. ut planetę, tum earum, quarũ declinationes multò sunt ampliores, iam superq; & preceptis & exẽplis sit demonstratũ. Dende, ut q̃que cohęreant, ordo postulat, ut ꝓponant regulę, & præceptiones, q̃ pacto, indagandę sint descensiones in obliqua sphęra talium arcuum eclypticę, in recta nihil opus est. Pro operatione sit hoc documentũ, nempe si arcus eclypticæ initiũ sumpseris ab Ariete, tũc addat illi arcui semicirculus, hoc est, 180 gr. hoc facto, addiscenda est, per sextũ canonem, eius ꝓducti obliqua ascensio, & ex ea demendꝰ semicirculus, & relinquet, si rectè operatũ est, descensio obliqua arcus eclypticę inchoãtis sb initio uernalis sectionis. Atq; si aliunde arcus inceperit q̃ ab Ariete, addiscas obliq; ascensionẽ arcus oppositi diametraliter p doctrinã sexti canonis, q̃ inq;, erit descensio obliqua arcus eclypticæ propositi. Quãuis hoc negociũ nõ habeat magnam difficultatẽ, tñ, cùm incipientib. facilè obstacula iniciant, exempla addere nõ inconueniẽs uidet. Sit exẽpli gratia, 21 gr. 39 m̃. geminorũ arcus eclypticæ initiũ sumens ab Ariete, sub eleuatione poli 49 gr. huius arcus ascẽsio obliqua in 5 canone inuenta est 51 gr. 10 m̃. huic arcui, ꝓposito s directi sunt, 180 gr. & peruentũ est ad 21 gr. 37 m̃ Sagittarij, ascẽsio obliqua huius arcus est 290 gr. 30 m̃. abiectis, 180 gr. residuati sunt 110 gr. 30 m̃. tanta, inq;, est descẽsio obliqua arcus eclypticæ in exemplũ propositi. Alteriꝰ partis huius præcepti. Sit totũ signũ geminorũ, q̃d non incipit ab Ariete, ꝓ exẽplo signũ diametrale eius est Sagitarius, in 21 gr. 30 m̃. cuius principij ascẽsio obliqua, sub eleuatione poli, 49 gr. est 252 gr. 51 m̃. & finis ipsius, 300 gr. 1 m̃. dempto minus à maiore, descensio obliqua geminorũ relicta est, 17 gr. 10 m̃. Ex his iã manifestũ est, totũ signũ geminorũ, ascendere obliquè, ubi polus Septẽtrionalis extollit supra horizõtem 49 gr. cũ 27 gr. 14 m̃. & descendere cũ 37 gr. 10 m̃. his redactis in tẽpus, erit ascẽsus obliquus, 1 hor. 48 m̃. 56 sec. & descẽsus eius 2 hor. 28 m̃. 40 sec. huius diuersitas fit ꝓpterea, q̃d signa obliquę ascendentia, rectè descendant, sicuti uisum est suo loco de his non plura.

CANON NONVS.

Sed priusq̃ trãseatur ad sequentia operęprecciũ est, ut etiã ꝓferantur præcepta, q̃ pacto stellarũ q̃cunq; illę sint extra. i. eclypticã obliqua descẽsio sit numerãda, siqdẽ q̃ in præcedenti canone sunt prolata, sint tñ de arcub. eclypticę, incipientib. ab Ariete, aut aliunde. Quare si tibi animus est numerare obliq; descensionẽ stellæ cuiuscunq; propositæ, habeas eius stellæ differentiã ascensionalẽ, per doctrinã suprà suo loco propositã, & eã, si declinatio fuerit Septentrionalis, addas ascẽsioni rectę illius stellę: si uerò declinatio fuerit Meridionalis, tunc eã differentiã auferas ab ascẽsione recta. Cur aũt sic operandũ sit, facilè ex sphæra materiali, instrumẽto eqdẽ nobilissimo, uidere poteris: aut ex cõmẽtarijs in eo loco ubi ꝓponit ratio inueniẽdi, p ascẽsiones rectas, & differẽtias ascẽsionales, obliq̃s ascensiones. Verùm ne desit aliqd harũ artiũ amatoribꝰ, placuit exẽplari excursu, hoc p̃ceptũ, q̃d, q̃uis sit breue, attñ habet in arte directoria usum amplissimũ, declarare. En tẽpore, q̃ Ioannis Archidux Austriæ illustriss. filius D. Ferdinandi, Imp. Rom. inuictissimi, in hũc mundũ est natus, ex pręcedentib. inuenta est declinatio stellę. Lucidæ ipsius lyræ, q̃ Arabes Vuegã uocant, 3 gr. 20 m̃. Septentrionalis, differentia ascẽsionalis, 66 gr. 7 m̃. & ascensio recta 274 gr. 40 m̃. Iuxta regulã traditã, emersit descensio obliqua, 340 gr. 47 m̃. ipsius Vuegæ, quæ indaganda fuerat, in hunc modum etiam cum alijs agendum est.

CANON DECIMVS.

Consentaneũ eidem est, ut nunc q̃q; ostendamus, qs sit modus indagandi, ex ascensione obliqua, & descensione, quantus arcus eclypticę tali ascensioni uel descensioni obliq̃ debeatur. Cùm uolueris hoc opus aggredi, habeas ascensionẽ obliq; & cum ea intres in areã tabulæ eleuationis poli loci ad quẽ instituisti operationẽ, & cõtinuò uidebis in capite tabulæ, signũ, & in latere gradus ipsius signi zodiaci, q pertinent ad illam ascensionẽ obliq̃, seu descensionem. Hoc uerò nõ obliuiscaris, nẽpe, si eleuatio poli Septẽtrionalis, secũ habuerit gradib. annexa minuta, aut secunda, tũc primò opereris per tabulã proximè minorẽ, deinde proximè maiorẽ, q̃ facto, accipias de differentia arcuũ eclypticæ inuentorũ, inde partẽ proportionalẽ secundũ proportionẽ minutorũ annexorũ gradibus eleuationis poli. Hanc partẽ ꝓportionalẽ adde arcui eclypticę numerato, per tabulã minoris eleuationis, tũ. i. cùm fuerit minor arcu eclypticę, p tabulã maioris eleuationis poli inuẽto, si cõtrã, cõfugias ad notã minue. Quod relinqt, erit arcꝰ eclypticę q tali ascensioni obliq̃ debet. Cæterùm si uolueris cognoscere quantꝰ arcus eclypticę debeat alicui descensioni obliq̃ adijcias, 180 gr. & ad tale adgregatum elicias, ut paulò antè, arcũ eclypticæ,

ab hoc

ab hoc arcu rursus 10 gr. demas, residuũ numerabit tibi arcũ eclypticæ, pro descensione obliqua, q̃ in exemplũ est proposita. Atqui memor sis quod hæc pcepta ptineant tantũ ad ascẽsiones, & descẽsiones obliquas, initiũ sumẽtes ab Ariete, sed quę aliunde incipiũt, his satis perceptis, nõ erunt difficilis operationis. Hæc, licet uideatur nõ habere aliquid obscuritatis: tamẽ nõ erit inutile ea exemplo lucidiora facere. Sit itaq; suprà oblata ascensio obliqua ipsius Vvegæ 208 gr. 10 m̃. sub eleuatione poli 50 gr. 10 m̃. huius ascensionis obliquæ uolo inuenire quãtus arcus eclypticę ei respõdeat. hoc est, quis gradus, & q̃d signum primò ingressus sum in tabulã obliquarũ ascensionũ arealiter sub eleuatione poli 50 gr. proximè minore. f. & cum nõ inuenerim 208 gr. 33 m̃ accepi minorẽ, nempe 207 gr. 51 m̃. & cõparaui eam, ad immediatè sequentẽ. differẽtia fuit 84 m̃. pro ptimo numero. deinde ad 20 . . 33. m̃ inueni differentiã 19 m̃. pro secundò numero tertius fuit 60. In latere sinistro uidi 20 gr. & in capite signũ libræ, post operationẽ proportionũ, prodierũt 21 m̃. q̃ addita sunt 20 gr. Librę, postea eodẽ modo operatus sum cũ 51 gr. eleuatione poli utpote, proximè maiore, & reperi 20 gr. 14 m̃. his sublatis à superius inuẽtis, remãsit differẽtia 14 m̃. Ex his, & 10 m̃. quæ adhærẽt eleuationi poli, quæsiui, pportiõnẽ ad 60, hæc inuenta est 2 m̃. cũ nota subtrahe, quare ea subtraxi à priori inuẽto, & habui q̃d quæsiui 20 gr. 26 m̃. Libræ. Hactenus de prima parte præcepti, pro altera parte etiã exemplũ breue addere cõuenit. Esto gratia exẽpli, obliqua descẽsio 116 gr. 24 m̃. addito semicirculo, nati sunt 296 gr. 24 m̃. huius producti q̃situs est arcus eclypticę seu locus, tanq; obliquæ ascẽsionis, qui incidit in 28 gr. 53 m̃. post subductionẽ 6 signorũ, hoc est 180 gr. descẽsioni obliquæ propositæ respõdit 28 gr. 53 m̃. geminorũ. Quẽ usum hęc habeãt, dabit tibi suo loco cognoscere.

CANON VNDECIMVS.

Cæterum si cupis arcũ semidiurnus ipsius Solis cognoscere, tunc elicias ex tabula differentiarum ascensionaliũ, differentiã Solis, aut alterius stellę nõ excedẽtis 32 gr. sua declinatione, sed si hos gradus excesserit, utaris modo, quo docuimus cõponere in cõmentarijs tabulas differentiarum, aut tabula fœcunda. differẽtia ascẽsionalis q̃ est dimidia pars differentiæ diei æquinoctialis, & diei inæqualis, hoc fiat sub eleuatione poli supra horizõtem loci tui, hãc inuentã differentiã addas 90 gr. nempe arcui semidiei æquinoctialis, qũ declinatio fuerit Septẽtrionalis, si aũt fuerit declinatio meridionalis, auferas illã differentiam à 90 gr. & productũ illud duplices, & habebis arcũ diurnũ, hunc per 15 dimidias, si quæris horas æquales, si uerò inæquales, fiat diuisio arcus diurni per 12. quod ex tali diuisione uenerit, erũt horę quãtitatis diei quæsitę, hoc idem poterit etiã fieri per subtractionem obliquarũ ascensionũ f. si obliquã ascẽsio gradus, ppositi signi, à signo, & gradu oppositi signi subtracta fuerit, & rẹsiduũ diuisum fuerit, ut suprà. Sed si nõ poterit fieri subtractio, addatur integer circulus. Hæc præcepta, ut alia, exẽplo illustrare nõ erit inutile, siquidẽ omnis noster conatus sit, primi mobilis cognitionẽ, ad quã inducimur per rectã, sphæræ materialis scientiã, in istis Canonibus, & cõmentarijs nostris, è quibus fluit fundamentũ cõpositionis omniũ tabularũ. Esto igitur pro exẽplo 26 gr geminorũ, sub eleuatione poli 48 gr. huius arcus seu gradus, declinatio est 23 gr. 26 m̃. Ex his præsuppositis, aliquis cupit sibi dari arcũ semidiurnũ ipsius Solis, hoc est, in quot horis æqualib. uoluatur ab horizonte ortiuo usq; ad circulũ meridionalẽ, factus est à q̃sito ingressus in tabulã differentiarũ ascensionaliũ, sub dicta poli eleuatione 48 gr. & declinatione 23 gr. 26 m̃. & oblata est differẽtia ascensionalis 28 gr. 47 m̃. prius facta proportione ad differentiã 26 m̃. mõ debito. Postq; hæc differẽtia ascensionalis addita est 90 gr. qa declinatio erat Septentrionalis, arcus semidiurnus oblatus est 118 gr. & 54 m̃. diurnus aũt 237 gr. 34 m̃. tãtus etiã inuentus est per secundũ præceptũ. Nam ascensio obliqua propositi, gr. eclypticæ geminorũ, utpote inuenta est 56 gr. 51 m̃. his sublatis à 294 gr 25 m̃. signi oppositi. f. Sagittarij, reliqui fuerũt 237 gr 34 m̃. æquatoris, ut suprà, his utrinq; in tẽpus redactis, iuxta præceptionẽ, ppositã, diei lõgitudo inuẽta est 15 horarũ 50 m̃. 15 sec. & medietas ex arcu semidiurno 7 hor. 55 m̃. 11 sec. In alijs stellis eodẽ mõ est operandũ. Hîc rursus uides optime lector tabulas Regiomõtani; quarũ cõpositionẽ docuim⁹, nõ frustra cõmẽtarijs nostris esse adpositas.


CANON DVODECIMVS.

Priusquã deueniatur ad cõstitutionem initiorũ duodecim domorũ cœlestiũ, nõ absentaneũ esse puto, ostendere rationẽ ac modũ inueniẽdi cum quo gradu eclypticæ quæuis stella aut oriatur, aut occidat. Hîc equidẽ nihil difficultatis esse potest, si priora præcepta cum de obliquis ascensionibus, tum obliquis descensionibus satis sunt intellecta. Quantam utilitatem, hęc adferãt, licet uideant tædiosa, ad dirigendos significatores, & promissores in arte directoria, apparet, ut dictũ est antè in astrologicis prædictionibus. Quare si hanc operationem uolueris incipere, inuenias ascensionem obliquã stellæ propositæ in exemplum

exemplū, per hāc deinde elice arcū eclypticę, pūctus eius finalis est, q oritur cū stella ꝓposita eodē modo etiā elicias arcū eclypticæ, prius inuenta obliqua descensione, q occidit cum stella, aut sole, terminus huius arc⁹, est grad⁹ eclypticę occidēs cū illa stella. Hæc, licet non sint difficilia intellectu, tn̄ exēplo fiēt clariora. Est eleuatio poli, 50 gr. & ascensio obliqua Solis, [illegible] gr. 26 m̄. nūc si cupis cognoscere, qs arcus, & qs pūctus terminalis eclypticę huic datæ ascēsioni obliq̄ respōdeat, hoc est, cū ea oriatur, cum hæc ascēsio obliqua nō inueniatur: ingredere in tabulā, q̄ debetur ꝓpositę poli suprà horizontē eleuationi, cum ꝓximē minore, & fac cū differētia, ut suprà es edoctus, & cōflabis, arcū q̄situ, 7 signorū, 6 gr. 30, ferè, m̄. & punctū terminalē ipsius solis, 6 gr. 15 m̄. ferè ipsius Scorpionis. nūc ꝓnunciabis, q̄ 6 gr. 3[illegible] m̄ Scorp. ueniat cū sole in horizontem orientalem. Deinde pro inuētione arcus, & pūcti terminalis eclypticæ obliquæ descensionis, 69 gr. 56 m̄. sub eleuatione poli, [illegible] gr. arcus eclypticæ & punctus terminalis, si rectè, ut docēt pręcedēntia præcepta opus absolueris, inuenies, q̄ stella, cuius descēsio obliqua est, 69 gr. 56. m̄. occidat cū 23 gr. 50 m̄. tauri.

CANON DECIMVSTERTIVS.

Nunc cōsequens foret priusq̄ deueniatur ad æquationē seu cōstitutionem duodecim domorū cœlestiū, dicere de circulis distinctorib. domorū: sed cùm in cōmentarijs nostris satis luculenter dictū sit de triplici uia constituendi domos cœlestes, cùm secundū Regiomontanū, tū secundū Cāpanum, & Gazulū, id, ꝓpter deuitandā ꝓlixitatē, cōsultò p̄terimus, & rectā uertimus animū, ad docendū discētes ęquare domos duodecim, secundum triplicē rationē, & modū: & primò secundū rationalē, quę Regiomontanus potiorē putat, q astrorū sciētię, post Ptolemęū fuit Monarcha, te, mi Nicolae Copnice, nō excludo. Pro exēplo capiamus genesim Ferdinādi Archiducis Austriæ, filij D. Ferdinandi Rom. Imp. inuictissimi, principis nostri clementiss. q natus est Linzæ anno 1529 die 14 Iunij, intra horā secundā, & tertiā pomeridianā. Ad hanc genesim, petijt qdam à nobis sibi æquare, seu cōstituere duodecim domos, seu angulos cœli, quò melius posit se euoluere ex doctrinis uerbosē in p̄cedentib. ꝓpositis, polus Septentrionalis Linzę extollitur supra horizontē, 48 gr. 4 m̄ ꝑ hac opatione hoc seruauimus p̄ceptū, quod tutò omnes aggressuri hoc opus seruare possunt. Eesto generale, & certū ad omnes eleuationes poli nō excedētes, 60 gr. Primò, exēpli gratia, cū 48 gr. dissimulatis, 4 m̄. ingressi sum⁹ in tabulā domorū rationalē, q̄modo illa sit conficienda suo loco est auditū, & inuenimus pro eleuatione poli undecimæ, & tertiæ domorū, 19 gr. 2 m̄. & 43 gr. 5 m̄. ꝑ duodecima, & secunda, ꝑ eleuatione poli data. s. 48 gr. 4 m̄. Secūdò, accepimus gradū solis, cū q̄ factus est introit⁹ in tabulā rectarū ascensionū, & inuenimus, 92 gr 50 m̄. Resolutis, 2 hor. 30 m̄. tēporis, per, 15 partes, in gradus motus cōflati sunt, 37 gr. 30 m̄. hos addidimus, ascensioni rectæ prius inuentæ, & oblati sunt, 127 gr. 50 m̄. ꝑ recta ascēsione horę datæ. Tertiò, accepim⁹ inuentā ascensionē eamq; immisimus in tabulā rectarū ascensionū, arealiter, in capite tabulę apparuit signū Leonis, & in latere sinistro, 7 gr. 2 m̄. eius post acceptā ꝓportionalē differentiā, sic habito initio decimę domus. Deinceps accessimus ad æquationē reliquarū domorū, medianib. eleuationib. polaribus, paulò antè ostēsis ex tabula rationali domorū. In hac uerò operatione necessarię sunt tabulę obliquarū ascensionū, & additione continuata, 30 gr. ad 127 gr. 50 m̄. ut nascantur ascēsiones obliq̄ reliquarū quinq; domorū. s. undecima habet ex tali additione, ascensionē obliq̄: 155 gr. 50 m̄. Duodecima, 189 gr. 50 m̄. prima, 217 gr. 50 m̄. secunda, 247 gr 50 m̄. tertia 277 gr. 50. Nūc ex istis obliqs ascēsionib⁹, & trib. polarib. eleuatio-



uationibus antea inuentis, nempe 23 gr. 2 m̄. pro undecima, & tertia, 43.53. pro duodecima, & ſecunda, 48 autē gradus pro prima. Cum ſingulis iſtarum obliquarum aſcenſionum fecimus introitum arealem ſeorſim in tabulas, eleuationibus polorum ꝓpoſitis cōpetentes, & inuenimus cum eleuatione poli 27 gr. 2 m̄. 12 gr. 29 m̄. uirginis incipere undecimā domum. Habita huius anguli ſeu domus initium, rurſus pro initio duodecimæ domus, cùm 18 gr. 50 m̄. ingreſſi ſumus arealiter in tabulam obliquę aſcenſionis 44 gr. & poſt debitā actionē ſecundum præcepta præmiſſi Canonis, elicitus eſt 7 gr. 34 m̄. fere Libræ pro duodecima domo. Ad inueniendum horoſcopum ſeu initium primæ domus, factus eſt ingreſſus cum 217 gr. 50 m̄. obliqua, utpote, aſcenſione, ſub eleuatione polari 48 gr. & obuenit 29 gr. 11 m̄. Libræ initium. i. primæ domus. Hoc modo, inuenimꝰ quoq; ex eleuationib. ſuis polarib. & obliquis aſcenſionibus, initium domus ſecundæ 25 gr 10 m̄. Scorpij, tertiæ autē 26 gr. 16 m̄. Sagittarij. Reliquæ ſex opponuntur his, & recipiunt ſigna oppoſita. Nā ſecunda opponit octauæ, tertia nonæ, quarta decimæ, quinta undecimæ, ſexta duodecimæ, & ſeptima primæ. Ad hunc modum, & exēplum, in quo omnia præcepta, quæ requiruntur ad æquationem rationalem domorum, in reliquis quoq; inſtituendæ ſunt operationes, & ut omnia ſint clariora adpoſuimus thema cœleſte.

CANON DECIMVS QVARTVS.

Suprà in cōmentarijs ſatis abundè deſcripti ſunt domorū diſtinctores, & per quas ſectiones ſint imaginandi, deinde ars cōponendi tabulas polariū eleuationū, illorū diſtinctorū domorū, idq; ex ipſis fontibus triangulorū ſphæricorū, oſtenſa eſt, tam ſecundùm opinionem Gazuli, & Campani, quā ſecundū Regiomontanū, cuius ratio æquandi domos recepta eſt, reliquorū duorū nō, ſiquidem nō ſatis firmis innitatur fundamētis, qđ nō eſt meū diſputare. Quod dico, uolo dictū bona uenia illorū doctiſſ. uirorū, quorum uterq; nō fruſtra uixit. Verùm ne ſine cauſa eorū tabula polariū eleuationū, ſit inſerta cōmentarijs, nō inutile erit, ut etiā præcepta, & exemplū aliquod, adponatur, quomodo iuxta eorū opinionē, domus uel cuſpides cœleſtes ſint æquandę per tabulā eorū adiectā. Si igitur uolueris facere periculū, tunc intres in tabulā, cui titulus eſt, tabula domorū ſecundum Cāpanū & Gazulū, cum eleuatione poli loci illius, ad quē inſtituis opus tuū: è regione huius inuenies interſticiū decimæ domus, & numerū polarē undecimæ cōſequenter interſticium undecimæ, cum numero polari duodecimæ: his nùmeris polaribus, & interſticijs domorum inuentis, ſcribas ea ſeorſim. Sed hoc nō ignorādum eſt, nempe qđ interſticium, ut hoc loci eius eſt uſus, uocetur arcus æquatoris inter duos diſtinctores domorum cōprehenſus: qđ ſit numerus polaris ex ſuperiorib. documentis conſtat. Modus iſte in hoc cōmunicat cum modo rationali, ꝙ undecima, & tertia habeant eundem numerum polarē, & cōſimiliter duodecima & ſecunda. Porrò quando acceſſurus es ad operationē, elicias prius medium cœli, hoc eſt, aſcenſionē eius rectā, quēadmodum paulo antè didiciſti, & in exēplo rurſus uidebis. Huic aſcēſioni rectæ adiungas interſticium decimæ domus, & emerget obliqua aſcēſio undecimæ domus, per talē obliq; aſcēſionē inuenies cuſpidē undecimæ, poſtea aſcēſioni obliquæ undecimæ domus adijcias interſticium undecimę domus, & colliges aſcenſionē obliq; duodecimæ domus. Huic aſcēſioni obliquę iterum cōiungas interſticium duodecimæ domus, & emerget tibi aſcenſio obliqua primæ domus: deinde colligas aſcenſionē obliq; primæ domus cum interſticio primæ domus, & ꝓdibit aſcenſio obliqua ſecundæ domus. Hîc obiter ſciendum eſt tibi, ꝙ neq; interſtiej duodecimæ domus, neq; interſticij primæ domus, in tabulis ſit mētio. Sed ut ne qđ deſit, cōiungas interſticium undecimæ domus, cum interſticio decimę, ꝓductum auferas à 90 gr. reliquum erit interſticium duodecimæ, ꝙ prorſus nihil differt ab interſticio primæ domus, interſticium uerò ſecundæ domus, idem eſt, qđ undecimæ. Poſtremò addas interſticium ſecundæ domus cùm aſcenſione obliqua ſecundæ domus, & habebis aſcenſionem obliq; tertiæ domus. Et ut uideatur, hunc modum æquandarum domorum negligendū eſſe, & nunq; apud Aſtrologos rectè fuiſſe in uſu (ſi fuit, fuit certè apud pauciſſimos.) Nunc ꝑcepta præmiſſa, exemplo in rationali modo dato, uoluimus illuſtrare, ut uideatur horum modorum diſcrepātia. In priori oblata eſt aſcenſio recta 129 gr. 50 m̄. in quo eleuatio poli fuit præſuppoſita 48 graduum, ſub hac polari eleuatione fuerunt interſticia domorum, & eleuationes polares, diſtinctorum domorum, ut ſequitur.

